



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Dispvtaones Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Dispvatio XLII. De potentia naturali Angelorum, eiusque actibus, &  
obiectis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

Iacob 1.  
c. 17.

fluat, ut perpetuo maneat in electione, quam habet ab eterno. Quippe apud quem nulla est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, qui cum omnia perfectissime ab eterno præviderit, non poterit

sine aliqua inconstancia se aliter habere secundum voluntatem, quam prius, nulla nota occurrente ratione non ante prævisa, quæ ac nunc: quæ inconstancia in Deum summè perfectum cadere non potest.

## DISPUTATIO

## QUADRAGESIMA SECUNDA,

De potentia naturali Angelorum, eiusque actibus & obiectis.

Seçtio I. *Sitne in Angelis potentia executiva, & ad quid?*

Seçtio II. *De apparitionibus Angelorum, & assumptione corporum.*

Seçtio III. *Quid possint Angeli præstare in corporibus assumptis, vel in aliis?*

Seçtio IV. *De loco Angelorum.*

Seçtio V. *Per quid Angeli sint formaliter in loco?*

Seçtio VI. *Resutantur aliæ sententiæ contrariæ.*

Seçtio VII. *De motu locali Angelorum.*



DE materia proposita in titulo disputationis agit S. Doctor quæst. 51. & duabus sequentibus. In quarum prima docet, Angelos non habere corpora naturaliter sibi unita: quia sunt perfectæ substantiæ intellectuales, non indigentes acquirere scientiam per sensus corporeos à rebus sensibilibus. Nonnunquam tamen assumere corpora, in quibus apparent. Neque enim omnes illos apparitiones sunt imaginariæ; sed aliquæ sunt veræ & reales, ut quando Angeli apparentes videntur indifferenter ab omnibus: quemadmodum Angeli apparentes Abrahamæ, visi sunt ab eo, & à tota eius familia, acque etiam à Lot, & à ciuibus Sodomorum. Sed non posse in corporibus assumptis exercere opera vitæ, quoad illud quod est proprium corporum viventium: quia operatio vitæ non potest esse nisi à vita: Angeli autem non viuunt vitâ corporeâ. Possunt tamen exercere opera illa quoad id quod commune habent cum corporibus non viventibus, ut quoad motum localem, & quoad locutionem conuenientem cum sonis inanimatorum. In secunda, affirmat Angelum esse in loco equivoce: quia non est in eo per contactum dimensionum quantitatæ, ut corpus: sed per contactum virtutis ad aliquem locum qualitercunque: neque posse simul esse in pluribus locis: quia est virtutis & essentiæ finitæ: sed in vno tantum diuisibili, vel indiuisibili, non circumscriptiue, ut corpus; sed definitiue, quia ita est in vno loco.

ut non sit in alio. Neque etiam plures Angelos esse posse simul in eodem loco: quia non possunt esse duæ causæ completæ & immediatæ vnius & eiusdem rei. Vnde cum Angelus dicatur esse in loco per contactum virtutis, eò quod virtus eius immediate contingit locum per modum contingens perfecti: non esse potest nisi vnus Angelus in vno loco. In tertia, docet Angelos posse moueri localiter æquiuocè; eodem modo quo sunt in loco: videlicet per diuersos contactus successiue diuersorum locorum, quibus virtutem suam applicant. Et hanc motum Angeli posse vel continuum esse; tuncque non potest moueri ad extremum, nisi transeundo per medium: vel non continuum, tuncque potest ab vno extremo transire in aliud non pertransito medio. Cum enim substantia Angeli non sit subdita loco, vt est contenta; sed superior illo, vt continens: in illius est potestate applicare se prout vult, vel per medium, vel sine medio. At denique motum Angeli non fieri in instanti, quia de ratione motus est, vt id quod mouetur, aliter se habeat nunc, quàm prius: & motus localis Angeli non est terminus alicuius alterius motus continui: sed est per seipsum, à nullo alio motu dependens. Mouetur itaque vel in tempore continuo, si motus eius localis sit continuus: vel in tempore discreto, seu non continuo; si motus sit discretus. Continuitas enim temporis pendet ex continuitate motus. Huc vsque D. Thomas: cuius doctrina sequentibus sectionibus examinabitur.

SECTIO I.

*Sine in Angelis potentia executiua, et ad quid?*

**R**espondeo, esse in Angelis naturalem potentiam executiuam, ab intellectu & voluntate, non re quidem, sed ratione distinctam: quã cum circa res creatas materiales, tum circa immateriales, multa & mira præstare possunt.

Est in Angelis potentia executiua.

Prima pars responsi probatur: quia sicut in ente supremo intellectu, Deo scilicet, & in infimo, nempe homine, præter intellectum & voluntatem, datur potentia executiua duabus illis subordinata, & ab vtraque quodammodo pendens quoad operationem: ab intellectu quidem vt dirigente, & voluntate autem vt applicante: sic in Angelis, medijs inter Deum & hominem, talis potentia debet admitti. Quippe quæ neque tantæ perfectionis est, vt Angelos excedat, siquidem conuenit hominibus: neque etiam tantæ est imperfectionis, vt Angelos dedecet, cum in Deo quoque reperitur.

Secunda pars responsi, quod hæc potentia ab intellectu & voluntate non re quidem, sed ratione distinguatur, patet ex dictis disput. 37. sect. 1. de indistinctione re-

intellectus & voluntatis, cum inter se, tum ab Angeli substantia, quæ non minus est per se potens ad exequendum & mouendum, quàm ad intelligendum & volendum. Ac sicut eadem res quæ appetit, debet cognoscere id quod appetit, vbi eadem ostenditur: ita res eadem quæ exequitur secundum cognitionem & appetitum, debet cognoscere & appetere. Idem inquam, quod cognoscit obiectum, debet esse eam illud quod appetit obiectum: alioquin vnum cognosceret, & aliud vellet non cognitum à se. Rursumque ratione illud quod vult, debet esse ipsummet quod vitaliter prosequitur volitum, & ad illud se mouet quia vult. Non autem qualitas realiter distincta, quæ non possit querere quod ignorat. Quia tamen intelligendi, volendi, & exequendi munia sunt ad eò diuersa: ideo substantia vt est principium talium operationum, ratione saltem distinguenda est. Quod etiam in Deo locum habet, vt diximus disput. 22. sect. 1.

Distinguitur ratione ab intellectu & voluntate, non autem realiter.

Nec obest, quod obijciunt aliqui, in natura intellectuali esse tantum potentias rationales. Nam potentia executiua, intellectui & voluntati subordinata, est eâtenus rationalis, & naturæ intellectualis propria. Neque verum est quod aiunt, eadem Doctores, intellectum & voluntatem sufficere ad mouendum & exequendum. Licet enim in animalibus per sympathiam, propter cognitionem & affectum commoueantur hinc

res, unde varij oriuntur effectus, vt in-  
 aius robur interdum in phreneticis, & ma-  
 cula in foetu pragnantium, & similia: cer-  
 tum tamen est, non omnia cogitando &  
 appetendo effici, sed opus esse maiore vi  
 atque vim motiuam & effectiuam, gene-  
 raliter loquendo, esse in multis sine vlla  
 cogitatione aut appetitione vitali: & co-  
 gitationem appetitionemque vitalem non  
 semper esse motiuam, licet versetur cir-  
 ca mobile & circa motum. Cuius rei exem-  
 plum est in paralytico, cui non deest co-  
 gitatio & affectus mouendi, deest tamen  
 facultas.

Tertia pars, quod Angeli multa per hanc  
 potentiam circa creaturas materiales &  
 immateriales praestare possint, declaratur,  
 & probatur inductione. Primum enim, ad  
 illam pertinet motus localis Angelorum,  
 ipsis vitalis & intrinsecus: de quo fre-  
 quens in Scripturis fit mentio, in Genesi,  
 & apud Prophetas, & in Apocalypsi pas-  
 sim: & Matth. 28. *Angelus autem Domini  
 descendit de celo.* Et Ioan. 5. *Angelus au-  
 tem Domini descendebat secundum tempus  
 bisannu, & mouebatur aqua.* Quare quod ait  
 Aristot. 12. Metaph. cap. 8. Intelligen-  
 tias esse immobiles, est contra veritatem,  
 & contra rationem. Cum enim vbique  
 non sint, perfectius est vt se mouere pos-  
 sint, quam vni tantum loco perpetua ne-  
 cessitate affigi, eaque facultate carere, quae  
 ne quidem animalia perfecta aereat.

Secundo, per eandem potentiam pos-  
 sunt non tantum seipos, sed & alios An-  
 gelos, & animas racionales, & res cor-  
 poreas mouere localiter. De corporeis  
 patet ex pluribus locis Scripturae, affirmari-  
 bus, Angelum portasse Abachuc in Baby-  
 donem, Dan. 14. Ezechielum apprehen-  
 se in cinno capitis, & eleuasse, Eze-  
 chiel. 8. Reuoluisse lapidem ab ostio mo-  
 numentum, Isai. 26. Portasse Christum ad  
 pinnaculum templi, & in montem excel-  
 sum, Matth. 4. Patet etiam experientis  
 Magicis & Enurgumenicis. Nec obest ca-  
 non Episcopi 16. quaest. 5. desumptus ex  
 auctore libri de Spiritu & anima apud Au-  
 gustin. cap. 28. Et in Concilio ancy-  
 sano, vel antiocheno, aut aquirensi, cele-  
 brato circa annum Christi 308. & appro-  
 bato a sexta Synodo generali habita Const-  
 antinopoli in Trullo: vbi damnantur mu-  
 lieres quaedam, quae demonum illusioni-  
 bus seductae, nocturnis horis cum Diana  
 Pagana, Dea, & innumera multitudine  
 mulierum, praestabant se equitare, &  
 multa terrarum spatia pertransire: asserit-  
 turque, illas a recta fide deuiare, dum id ere-  
 dunt: quia cum plus spiritus hoc patitur in som-  
 nis, infidelis mens hoc non in animo, sed in  
 corpore opinatur exire. Cuiusmodi Exechiel Pro-  
 pheta visiones Domini non in corpore, sed in  
 spiritu viderit: & Ioannes sacramentum A-  
 pocalypsis in spiritu, non in corpore viderit:  
 et Petrus non audeat dicere se raptum in cor-

pore. Omnibus itaque publice annunciandum  
 est, quod qui talia, & his similia credit, fidem  
 perdit. Huc vsque verba canonis.

Sed Respondeo primo, canonein illum  
 esse suspectae fidei: quia non habetur in il-  
 lius Concilij exemplaribus, sed ex alio  
 quodam libello scriptus est, vt videtur est  
 in primo tomo Conciliorum. Secundo,  
 admisso illo canone, dico esse peculi-  
 ariter intelligendum de illis mulierculis,  
 quas insudi a Demone, & imaginariè tali-  
 tum portari, potuit illi Concilio constare,  
 ex eo quod Diana Dea nulla sit, nisi  
 imaginaria; & ex aliis harum muliercu-  
 larum depositionibus. Illa autem cum cre-  
 derent non modò se nocturnis horis equi-  
 tare cum Diana, sed & istam esse Deam,  
 cultumque diuinum illi debitum esse, quem  
 etiam ipsa exhibebant, & ad illum ex-  
 hibendum vocari se ad eius comitatum exi-  
 stimabant, vt patet ex canone citato Epi-  
 scopi, grauitè contra fidem errabant. Pro-  
 pter quod merito dicit Concilium, *Qui-  
 talia & his similia credit, fidem perdit.* Pa-  
 tet etiam ex eodem canone errasse illas in  
 eo, quod putarent posse à Diana, inde-  
 penderet à Deo, corpora prout vellent  
 produci, aut transmutari in aliud. Merito  
 que dicitur cum, qui hoc credit, esse infi-  
 delem, & pagano deteriorem. Sed non  
 damnat canon ille vniuersaliter opinantes,  
 posse maleficos localiter transferri à De-  
 monibus. Quaeque adducit de Ezechielo,  
 Ioanne, & Paulo; tantum eò pertinent,  
 vt ostendant non omnes apparitiones esse  
 veras: potuisseque in mulieribus illis sola  
 imaginatione peragi, quod ipsa credebant,  
 & certò ac constanter asseuerabant in cor-  
 pore contigisse. Neque esse facile creden-  
 dum hæc in corpore fieri. Adde tertio, non  
 obstante illo canone, sanctos Patres qui  
 post Concilium Ancyranum scripserunt,  
 Athanasium, Augustinum, Ambrosium,  
 Chrysostomum, Hieronymum, Gregorium  
 Magnum, Isidorum, & alios, non dubitasse  
 asserere, corpora verè ac physicè quando-  
 que à demonibus deportari: vt videtur est  
 locis relatis à Suarez tom. 1. de Religione  
 tract. 3. lib. 2. cap. 16. & lib. 4. de Angel.  
 cap. 27. & 33. Vasq. disput. 184. cap. 1. &  
 Cornelio à Lapide in cap. 4. Matthæi, ver-  
 su 5. Exempla multa ex probatis historiis  
 referunt Delirius lib. 2. disput. quaest. 16.  
 Alphonsus à Castro lib. 1. de iusta heretic.  
 p. 16. & Abulenensis quaest. 47. in  
 caput 4. Matthæi, Eidem virtuti motus An-  
 gelorum tribuunt motum eorum com-  
 munitè Philosophi cum Aristotele 12. Me-  
 taph. cap. 8. text. 44.

Posse autem mouere quoque spiritus, pa-  
 tet imprimis de animabus nostris à corpore  
 separatis, ex Luca 16. Factum est autem vt mo-  
 veretur mendicus, & portaretur eius ani-  
 ma, ab Angelis in sinum Abrahae. Eaque  
 communis Patrum & Ecclesiae sensus, ani-  
 mas damnatorum è contrario trahi iuuat

Per illam  
 mouent se  
 localiter, &  
 alia, etiam  
 corpora.

huc patet

6.

Explicat  
 canon Ca-  
 cilij Ancy-  
 sani circa  
 translatio-  
 nem lege-  
 rum & ma-  
 leficorum.

Stupet

Vasq.  
 Corneius

Delirio  
 Cast.

Abulen-

Ang.

7.

Postulat  
 Angelis  
 mouere  
 etiam spi-  
 ritus, & c.

MARTIN  
 NEUS  
 DE J. M. PAR  
 D. VI  
 U.

ad inferos à demonibus. Pari autem ratione potest vnus Angelus alium portare, saltem inferiorem, aut non resistentem equaliter. Cùm enim Angelus possit moueri vi aliena, vt de diuina dubium non est: nulla est ratio existimandi motum illum excedere vires naturales alterius Angeli. Sed potius quilibet Angelus eadem virtute qua seipsum mouet, potest mouere alios non resistentes equaliter, aut virtuti suae proportionatos. Sicut nos eadem virtute, qua nos ipsos mouemus localiter, mouemus alia corpora viribus nostris proportionata. Item, quia eiusdem est virtutis vitalis continere & sistere, cuius est mouere localiter, vt in nobis experimur: Angelus eadem virtute, qua se & alia supradicta mouere potest, potest etiam sistere, & impedire ne moueant sese vel aliquid aliud.

Quare non assentior Valqui disput. 194. cap. 3. in fine, affirmanti, non posse vnum Angelum mouere alium, vel alligare certo loco, nisi intinans imperium diuinum, non autem verè & physicè ferendo, vel trahendo, vel pellendo per impetum impressum. Etenim vis eadem, qua physicè valet ad ipsos mouendos, & qua seipsum mouent, valet etiam ad alios non equaliter resistentes. Sicut nos eadem facultate motiua, qua nos ipsos mouemus physicè, possumus alia mouere virtuti nostrae proportionata, itemque sistere, ferre, trahere, atque impellere per impetum impressum. Quae omnia possunt similiter fieri, virtute motiui Angelorum. Adeoque non tantum possunt mouere res alias, quamdiu illas secundum se totas, aut secundum aliquam sui partem habent localiter sibi coniunctas: sed etiam possunt impetum illis imprimere, longèque projicere. Nam sicut homines & res alia inferiores id possunt sua mouendi virtute: non est cur id negetur facultati motiuae Angelorum. Neque obest, quod ille impetus est qualitas quadam: Angeli autem non possunt imprimere vllas alias qualitates corporibus aut spiritibus. Respondeo enim similiter non posse virtutem nostram motricem imprimere alias qualitates: & tamen potest istam. Ratio verò differentiae est, quia ista qualitas est veluti quadam participatio virtutis motiuae. Vnde facillè potest contineri eminenter in virtute motiua Angelorum, aequè ac hominum, & rerum aliarum. Quomodo autem possint Angeli imprimere rebus aliis impetum, non est difficultus intelligere, quam quomodo possint caelestes influentiae cedere ventos, æstumque maris excitare; aut magnes ferrum ad se trahere; vel ambarum paleas, & similia.

Tertio, ad eandem vim pertinet locutio & illuminatio Angelorum, quando fit per signa externa, de quibus sufficiunt quae diximus disput. 40. sect. 7. Itemque apparitio & assumptio corporum, & conuer-

multiplex rerum corporearum aliarum in alias: de quibus sequentibus sectionibus dicendum est.

SECTIO II.

De apparitionibus Angelorum, & assumptione corporum.

Posse Angelos apparere sensibiliter hominibus patet ex multis scriptura locis, in quibus narrantur huiusmodi apparitiones. Vt Genes. 3. apparitio Demonis & collocutio cum Eva sub specie serpentis. Genes. 18. 19. 22. apparitio horum Angelorum sub specie hominum, facta Abrahamo, Loth, & Iacob, cum quo etiam Angelus tota nocte lucatus est. Et denique libri Prophetarum pleni sunt huiusmodi apparitionibus, praesertim liber Tobiae. Et in Euangelio, Sathan visibiliter Christum tentauit, Math. 4. Et Luc. 22. 43. apparuit illi Angelus de caelo confortans eum. Et Act. 12. vers. 7. Angelus Domini assistit Petro, illumque eduxit de carcere. Et in Apocal. Ioannes multa docetur ab Angelis sibi apparentibus cap. 1. 5. 6. 7. 8. 10. 14. & omnibus aliis sequentibus.

Quatuor autem modis possunt Angeli boni vel mali apparere. Primus est purè imaginarius, id est, merè internus. Vnde, quando Angeli apparent dormientibus, nullum obiectum externum & sensibile propinquo sensibus externis, qui tunc otiantur & ligantur somno: sed tantum internam aliquam potentiam mouendo. Mimirum commouendo hos aut illos humores corporis, ad excitandam imaginationem aut phantasmatam, & illis mediante species inuisas inenigibiles, ipsumque intellectum. Quod totum non superat scientiam, ac vim mirabilem & subtilissimam Angelorum, quae quam possunt ceteros humores aptè & conuenienter ad has aut illas imaginationes excitandas. Exempla huiusmodi apparenti habentur in scriptura Genes. 15. vbi Deus Abrahamo profunde dormienti apparet per Angelum, & multa figura reuelat. Et Matth. 1. vers. 20. itemque cap. 2. vers. 19. Angelus apparet Ioseph dormienti. Et Prophetae saepius in Testamento veteri, ac Ioannes in Apocalypsi dicuntur multa videre in somnis, aut in spiritu. Sic etiam demones saepe illudunt magis & maleficis: vt mulierculis illis, de quibus supra Concilium ancyranum; & iis qui asseuerant se diuersa loca peragrassè, multaque mirabilia fecisse, interea dum ab aliis profundissime dormire visi sunt. Et quanquam non possunt species imprimere immediate imaginationi, neque sensum internum excitare ad quidquam percipiendum, quod

Probatum Angelos interdum apparere sensibiliter.

Primus modus apparenti, imaginarius.

Possunt etiam impetum proicectis imprimere.

ante perceptam non fuerit aliquo sensu exteriori: alioqui posset Dæmon effigere, vt cæcus à natiuitate haberet notitiam germanam colorum, & surdus notitiam propriam sonorum, quod inauditum est: possunt tamen species diu sopitas, eorum quæ longissimè antea iuerunt exterioris percepta, excitare, absterfione humorum, aut nouorum & opportunorum affusione, vel aliorum impedimentorum remotione. Non possunt etiam species ab vno ad alium transferre: puta species coloris à sensu interno vnius transferre ad sensum internum alterius. Quia species illæ in hærent cerebro animalis viuo & viuenti, pendentque in conseruari ab eius dispositionibus vitæ tuendæ necessariis. Non possunt autem partes cerebri viuentes ab vno ad alium transferre. Et alioqui sequeretur incommodum quod supra diximus: posse scilicet efficere Dæmonem, vt cæci nati habeant notitiam germanam colorum: multoque grauiora sequerentur incommoda, si possent species recordatiuas transferre ab vno ad alium.

II.  
Per illu-  
sionem  
sensuum  
exteriorum.

Secundus modus, quo Angeli apparere possunt hominibus, est per illusionem sensuum exteriorum, non exhibitis illis obiectis, quæ ipsi videntur apparere, aut qualia videntur apparere. Quod faciunt tripliciter. Nempe vel primo, per immutationem aliquam factam immediate in sensu exteriori, id est, in organo, siue per localem mutationem aliquarum partium organi: siue per affusionem humoris alicuius: siue per concitationem, aut obstructionem spirituum animalium, ex quo fiat, vt aliquid appareat exteriori aliter quàm sit. Sicut experimur obiecta apparere duplicia, aut triplicia, quando oculo supra situm naturalem eleuato: & ræticulorum oculi videre omnia quasi essent eius coloris, quo ipsorum oculi sunt affusi: & linguam sapore amaro præoccupatam, omnia sentire amara. Vel secundo, per immutationem factam in medio interiecto inter sensum & obiectum, ex qua fiat vt aliquid appareat quale non est. Simili quodam modo, quo varij colores apparent in iade, aut in collo columbae radis solis diuersimode collustrata; aut quo diunt fumum lucernæ, pinguedine vel oleo ex serpentibus extracto accensæ, exhibere oculis serpentum viuorum species: & quo experimur, per aliqua conspicienda dæmonum agulorum obiecta apparere septius multiplicata: vel iauersa & diuersorum colorum, per trigonum seu triangulum Venerum. Vel denique tertio, per obiecti ipsius mutationem, & agitationem celerrimam, aut occultationem. Simili modo, quo dæmo vacillans in formam crucis compositi, celerrimè in orbem moti, exhibent oculis speciem rotæ solidæ: vel quo circulatorum ludificantur, alia pro aliis cernunt, & penè inuisibiliter substituendo, &

per modum vnius exhibendo. Ad quod cæcus illusionis refertur D. Augustin. lib. 18. de ciuit. cap. 18. mutationem Iphigeniæ in ceruam, & sociorum Dionædis & Vlyssis in aues, aliasque animantes. Dæmone scilicet substituente Iphigeniam, & substituente loco illius ceruam, tanta celeritate, vt oculi talem substitutionem non perciperent.

Tertius modus est, vtendo aliquo corpore vno, & quale sensibus exterioribus appareret, non à se efformato, sed præsupposito quoad formam seu figuram naturalem. Quo pacto Dæmon vero serpentis corpore vnius est, quando Euræ apparuit, vt ostendimus disp. 45. sect. 2. Quo etiam pacto apparet in corporibus Energumenorum: & olim ex status & arboribus responsa dabat & edebat oracula. Interdum etiam circumfert vera mortuorum caduera, resurrectione simulata, vt multis exemplis confirmat Dæmonius lib. 2. Disquisition. 28. sect. 1.

Quartus est, formando & aptando sibi corpus aliquod ex vapore, exhalatione, aut alia materia. Quod Angelis facillimum est superposita virtute motiua mirabili, & scientiæ eximiæ quæ habent rerum naturalium. Sic enim possunt applicando actiua passiuus, varièque intermiscendo, exhibere corpora figura humana, vel alia quam volent. Idque tanto artificio, vt vix possint huiusmodi corpora ficticia discerni à veris; ne quidem sensu tactus, qui inter sensus externos fidelissimus est, & minus errori præstigiisque expositus. Sic Genes. 18. Abraham lauat pedes Angelis humana specie apparentibus, nec tamen eos discernit. Et Genes. 19. iidem Angeli Loth manu apprehendunt, & Sodomis educunt. Et in libro Tobia; Raphaël Angelus sub specie Azariæ, filij magni Ananiæ, tandem cum Tobia conuersatur, atque à rota eius & Raguelis familia visus, & auditus, nec non, vt verisimile est, sapius etiam tactus à multis, nunquam tamen cognitus est.

Ratio est, quia cum Angeli optimè cognoscant temperamentum humani corporis, possunt ad illud imitandum applicare actiua passiuus, aut varia corpuscula intermiscere, addensare, aut rarefacere, ad producendas aut imitandas qualitates caloris, frigoris, humiditatis, siccitatis, lauioremque aut scabritiem, duritiem, mollitiem &c. se ipsis etiam, si est opus, resistendo tangentibus, vel cedendo intra eadem corpora, ad imitandam duritiem vel mollitiem scabritiem aut lauiorem partium corporis humani. Veruntamen sicut non possunt sequi perfecte temperamentum corpus humani, alioquin posset homines procreare qui non essent ex Adamo, & consequenter producerentur sine peccato originali ex vi suæ originis, vnde multa sequerentur absurda: sic neque puto tam perfecte imitari posse temperamentum, quin tactu ipso discerni possit corpus fictitium à vero, si summa cura & diligentiâ, & aduertentiâ intellectus adhibea-

tur, iuxta illud Christi ad Discipulos, Luca ultimo *Malpali, & videm, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Et contrarium fidelitati sensu non esset consentaneum. Festus. *Quam Caietan. 2. 2. quæst. 95. artic. 3. Dæmonem, saepe fasces esse Lamiis, & magis, non posse se perfectè imitari humana corpora in congressu.*

14. Ad discernendum autem, vtrum Angelorum apparitiones sint merè imaginariæ, necne, regula D. Thomæ quæst. 1. art. 2. communiter recepta, moraliter tamen intelligenda, hæc est: *Quæ tantum fiunt per illusionem imaginationis, aut aliorum sensuum, sine obiecto exhibitio, solum apparent hominibus, qui specialiter illuduntur, non autem communiter ab omnibus videntur.* Cum ergo Dæmon, aut Angelus apparens, ab omnibus communissime & constantissime videatur, tangitur, auditur; signum est non purè illud, sed externum obiectum exhiberi. Talis fuit apparitio Raphaëlis apud Tobiam, à tota eius domo, & Raguelis, visis: & Angelorum qui Abrahæ & Loth apparuerunt, Gen. 18. & 19. quique à tota virisque familia, imò à tota Vrbe Sodorum cõspiciti sunt. Sed & Dæmon Christum in deserto tentans, Matth. 4. non potuit eius imaginationi aut sensibus externis illudere: eam tanta imperfectio, & subiectio potestati Dæmonis, in Christum Dominum non cadat. Idemque dicemus inferius disp. 45. sect. 2. num. 16. de apparitione & colloquio dæmonis cum Eva, sub specie, aut verò corpore serpentis, Genes. 3. Neque enim poterant dæmones illudere sensibus, aut phantasiam perturbare in statu innocentia. In his ergo casibus & similibus fuit obiectum aliquod externum de se aptum ad sensus sic immutandos. In huiusmodi autem corporeo obiecto dicuntur Angeli apparere: quia sub illo sese exhibent: simili quodam modo, quo substantia dicuntur cerni sub accidentibus, sub quibus exhibentur.

15. Assumptio verò corporis vterius requirit vt Angelus corpus illud sic habeat: & in illo ita se gerat, ac si esset propria eius forma, illudque animaret, atque vnum suppositum cum illo constituere. Et quo perfectius id facit: eo perfectius dicitur corpus assumpsisse, id est, quasi ad se sumpsisse, & suum quodammodo fecisse. Ita vt tria ad assumptionem huiusmodi omnino requirantur. Primum intima præsentia vtriusque substantiæ. Secundo, vnio quædam Angeli cum corpore veluti suo & proprio. Quæ vnio cum non sit formalis, physica, vt anima cum corpore: nec que hypotatica, vt Verbi cum humanitate; superest vt accidentaliter sit & moralis, iuxta ea quæ dicemus paulò post. Tertio, debet hæc vnio esse quasi formalis, ita vt Angelus se habeat ad corpus assumptum, veluti forma ad materiam. Nam vt rectè Suar. lib. 4. cap. 36. in fine, post Aureol. in 2. distinct. 8. artic. 1. assumptio corporis supra vnionem

effectiuam motoris addit vnionem similitudinariam materiæ & formæ: quatenus Angelus assumens corpus, sic illo vtitur, vt vna persona cum ipso esse. & in illo, ac per illud, non tanquam extrinsecas motor, sed tanquam intrinsecum principium operari videatur. Cuius conditionis defectu nec Angeli assumere dicuntur cœlestia corpora, quibus assistunt velut motores mobilibus: nec Dæmones, & Energumenes quos possident, vel obsident: nec Angelus nãdem, aut columnam ignis in deserto, ducem Israelitarum: & alia id genus.

Ex hoc autem assumptionis & vnionis modo sequitur, Angelum conaturaliter representari & apparere in corpore assumpto: ad eum ferè modum quò anima in proprio corpore per externas operationes vitales se prodit. Quam vnionem non est necesse, vt Angelus se prodit secundum vltimam differentiam: sed tantum secundum generalem rationem motoris & assistentis. Non est etiam necesse vt habeat intentionem representandi peculiariter seipsum. Quinimò potest habere intentionem occultandi seipsum, & alium quempiam representandi: vt Raphaël Azariam Anania magni filium, Tob. 5. vers. 18. Et Angeli passim in Testamento veteri assumebant corpora ex intentione representandi Deum, in cuius persona loquebatur Adamo, Noë, Abrahamo, Moyse, & aliis. Neque enim Deus immediatè vt causa particularis illis corporibus assistebat, neque illa per se solum mouebat, sed per Angelos, teste Dionysio cap. 4. de cœlesti Hierarchia, & aliis Patribus communis, vt videre est apud Vasquez disp. 185. cap. 2. Quibus plurimum fauent, quæ de celebrioribus quibusdam apparitionibus in assumpto corpore dicuntur, Osee 12. vers. 4. Actor. 7. vers. 30. & sequent. Galat. 3. vers. 19. & Hebr. 2. v. 2. Vbi tribuitur Angelis idem, quod alibi Deo, per Angelos scilicet apparere, & loquenti, adscribitur: & aperte significatur non Deum ipsum, sed Angelum fuisse illum de quo Iacob dixit, *Vidi Dominum facie ad faciem, & cœlestia facta est anima mea.* & illum qui in flamma ignis de medio rupi apparuit Moyse dicens, *Ego sum Deus patris tui; Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob:* quæ quæ pãtea in monte Sini legem ei dedit in tabulis lapideis. Ex quibus idem de aliis apparitionibus veteris Testamenti valde probabiliter colligi potest, quippe in quibus non magis significatur scripturæ verba Deum ipsum in propria persona apparuisse: Adoratio verò latræ in Iacob, & in Moyse, & populo Israel, alii quæ fidelibus, terminabatur ad Deum representatum per Angelos. Sicut illa, quæ nos cõtinuus Dei & Christi imagines, ad ipsos terminatur. Quando autem D. Thom. 1. 2. quæst. 51. artic. 2. ad 3. virtutem Angelorum, assumendi corpora animam vocat: per diuinam intelligit mirabilem, & humanam facultatem, hominumque artificium longè superantem.

Suar. Aureol.

16.

Vasquez

D. Thom.

SECTIO III.

Quid possint Angeli praeferre in corporibus assumptis, vel in aliis?

17. Angeli non possunt sibi unire physice corpora que assumunt. D. Thom.

Dico primò, Angelos nos posse unire sibi formaliter & physice corpora que assumunt, siue unione formali substantiali, siue etiam accidentali: neque illa animare, & operationes vitæ cum illis exercere. Prima pars est D. Thomæ quæst. 51. art. 1. & communis Theologorum. Ratio eius est, quoniam Angeli sunt spiritus puri & completi, incapaces naturaliter talis unionis, siue per modum formæ substantialis: quia tunc completa intelliguntur, non indigentes acquirere scientiam ministerio sensuum, ut proinde sint aptæ uniri corpori, à quo eatenus iuuentur in intelligendo, quemadmodum anima rationalis; ut rectè argumentatur D. Thom. quæst. 51. art. 1. Siue per modum accidentis, sunt enim substantiæ per se subsistentes. Siue per modum suppositi. Quidquid enim dicendum sit de potentia obedientiali; nullus Angelo talem vim naturalem concedit, ut possit substantiam alienam priuare propria subsistentiâ, & suam illi substituere. Neque per modum partis integrantes extensiuæ aut intensiuæ: quippe qui spiritus sunt, & discretissima rationalis à corpore, quod nec extendere, nec contrahere possunt. Aliæ verò uniones, quæ possent excogitari, non plus habent apparentiæ possibilitatis, quàm prædictæ.

18. Adde, Scripturam & Concilia, quæ Verbo quidem diuino corpus tribuunt, quia unitur illi in Christo, nusquam tribuere Angelis, etiam in corpore assumpto apparentibus, in quo expressè id illis negare, Icc. 25. vers. 39. in quo vers. 37. Ergo etiam negant talem unionem formalem, ex qua necessario sequeretur denominatio corporei. Nam ne absolute quidem fieri potest, ut sit unio formalis, & non siue formalis denominatio inuisibilia & realis, unde sequatur, verbalis aut mentalis. Denique si Angeli possent unire sibi corpora substantiâ inter instar formarum; non erat cur Raphaël apud Tobiam, tamdiu, tamque constanter apparens, non uniret sibi corpus in quo apparebat. Et tamen cap. 12. *Videbat, inquit, manducare, & bibere, sed ego, who inuisibilis es potuitor.* Item si possent, Angeli in formare corpora, essent substantiæ incompletæ, quæ naturaliter postularent uniri sibi corpora, ut complerentur, & constituerentur in suo esse naturali perfecto. Hoc autem falsum est, ut constat ex dictis disput. 36. scilicet 1.

Nunc sequitur secunda pars conclu-

tionis, quæ diximus, Angelos non posse animare corpora que assumunt, neque corpora assumpta viuere per assumptionem, & viuificari vitâ angelicâ: neque etiam posse Angelos per ipsa exercere vitales operationes, quæ sunt ipsius communis vitaliter cum corpore assumpto. Etenim principium vitæ non potest vitæm communicare corpori, nisi per physicam unionem formalem, quam hic deesse patet explicitis. Operationes autem vitales non possunt esse, nisi à principio viuente, quale non est compositum ex Angelo & corpore assumpto. Possunt quidem Angeli in corpore assumpto intelligere, velle, & moueri localiter. Non tamen ita ut ad huiusmodi actiones corpus vitaliter concurrat, quæque toti composito vitales sint, seu communes vitali modo, ut scilicet eleuatione quæ operandi modo sese perficienti. Quia quod non habet vitam in actu primo, non habet etiam in actu secundo, ut rectè ait S. Thom. quæst. 51. artic. 3. in fine D. Thom. corp.

Duo verò genera actuum vitalium corpori communium distinguenda sunt. Vnum eorum, qui secundum substantiam sunt vitales, nec nisi à principio viuente exerceri possunt. Cuiusmodi sunt: actus appetitus, & sensus internorum & externorum. Et hi ab Angelis in corporibus assumptis exerceri nequeunt. Quæ neque videntur per oculos corporis assumpti, neque audiuntur per aures; sed intelligunt immediatè ea quæ per sensoria percipiunt se simulant. Alij sunt vitales tantum quoad modum quo fiunt, cum alioqui à non viuentibus, aut non vitali modo, fieri possint. Cuiusmodi sunt locutio & comestio quoad motum localem, sine respectu ad principium vitæ qui importatur non ne comestioni propriè sumpto; itemque motus progressiuus, & generatio quoad seminis traiectionem, aggeneratio & nutritio quoad alimenti dispositionem, & conuersionem in substantiam viuentis, aliter factam quàm vi ipsius animalis seipsum actiue perficientis. Et de his duabus actionibus quid sentiendum sit, patèbit ex dicendis conclusionibus sequenti, num. 25. Alias verò omnes supra enumeratas non repugnat fieri ab Angelis in corporibus assumptis. Possunt enim omnes illos motus locales causas in huiusmodi corporibus, mortuo licet modo se habentibus. Quæ de re plura D. Thom. qu. 51. art. 3.

Dico secundò, Angelos nihil in corporibus assumptis, aut quibuslibet alijs, facere posse, præter ea quæ per vim locomotiuam fieri possunt. Ita Theologi communiter cum D. Thomæ quæst. 110. art. 2. & 3. & lib. 3. contragent. cap. 103. Rationes huius assertionis variæ afferuntur à varijs, sed hæc duæ præcipue mihi videntur. Prima est D. Thomæ quæst. 16. de malo art. 9. & Theoph. Raynaudi dist. 4. Theologia naturalis, qu. 4. num. 265. Quia ordo vniuersi postulat, ut res

21. Nihil possunt facere in corporibus assumptis, nisi ea quæ per vim locomotiuam fieri possunt.



ut res finita originalis superioris, id est, substantiæ creatæ purè spirituales non habeant aliam vim circa res ordinis inferioris quam loco-motivam, ad eas movendas, vel ad applicandas potentias agentium inferiorum: & aliter non se immisceant earum actibus, sed sinant illas exercere suas operationes. Potentia tamen localiter movendi debuit illis dari: quia confert ad applicationem causarum inferiorum, & conveniens est causas inferiores applicari posse à superioribus.

22. Secunda ratio est, quia quæcumque scimus fieri ab Angelis circa corpora & res corporeas, possunt optinè ad potentiam loco-motivam referri: & nullum alterius virtutis in Scripturis vestigium est, nullum etiam experientia vel naturali ratione apparet. Contra verò, limitatio Angelorum (qui non sunt infiniti simpliciter in omni genere perfectionis, sicut Deus, vt omnia formaliter, vel eminenter continent) & eorum tanta diversitas ac disproporctio cum formis materialibus, substantialibus aut accidentalibus, suadet potius eas nec formaliter, nec eminenter, nec virtualiter contineri in virtute Angelorum, vt rectè docet Sancti Thomæ questio 110. art. 2. Idemque tum ipse ibidem in corpore & ad 25. & 3. & art. 3. ad 2. tum alij communiter dicunt, Angelos solum mediante virtute localiter, & applicando activa passivis posse esse causam aliquam mutationum in corporibus. Ad idem confirmandum Suárez lib. 4. cap. 25. & disput. 35. Metaphys. sect. 6. & Vasq. disput. 218. cap. 1. adducunt aliqua testimonia Conciliorum & Patrum, quæ tamen nihil aliud probant, quam demones propriâ auctoritate, vel independenter à Deo nihil tale posse.

Thom.

Suar. Vasq.

23. Et verò huiusmodi formarum educationibus aliunde satis prouidum fuit per agentia corporea, quantum ad conservationem & gubernationem vniuersi necessarium est. Nec obest, quòd Angeli sunt superiores omni natura corporea, quasi idcirco debeant posse immediatè quicquid potest natura corporea, & aliquid amplius. Non enim quævis natura superior potest quicquid inferior. Sed animæ rationales verbi grat. licet formis omnibus aliorum corporum superiores sint, non tamen possunt quascunque formas educere. Et licet ipsæ possint aliquas educere sibi subordinatas, non est par ratio, vt idem possint Angeli. Manifestum enim discrimen est: cum animæ sint veræ formæ materię: at Angeli non sunt formæ, nec esse possunt.

Non potest immediate educere formas substantiales, vel ad illas disponere.

Hinc sequitur, non posse Angelos educere formas substantiales de materia disposita, neque illam disponere ad huiusmodi formas, per se immediatè, & virtute propria, quæ sit immediatè productiua huiusmodi formarum aut dispositionum.

Tomus II

sed tantum applicando actiua passivis, id est, applicando per virtutem motiuam causas corporeas efficaces huiusmodi formarum aut dispositionum. Ad eum modum quo nos non possumus combuere, nisi applicando ignem: & quo Chymici mura faciunt per appositionem ignis & aliarum causarum. Similiterque non posse producere lucem, nisi applicato aliquo corpore lucido, aut lucis effectiuo, neque sonitum nisi percusso aere, aut corpore sonoro: & sic de alijs.

24. Possunt tamen non tantum per se immediatè mouere corpora localiter, & sistere, sed eadem virtute motiua quâ mouent se ipsos, vt ostendimus sect. 1. num. 5. Et mediante motu locali, corpora rarefacere, condensare, figurare, vnire, distingere, calcificare, & similia. Verum etiam quædam impulsionem directè & immediatè ipsas imprimere, & per illam cedere & impellere corpora. Vt nos eadem virtute motiua, quâ nos ipsos mouemus localiter, possumus alia mouere, non tantum ferendo, aut trahendo, sed etiam torque proijciendo. Nam vt ibidem diximus numero 7. cum virtus impressa proiectis sit tantum vicaria potentia motiua, & imperfecta quædam eius participatio: facile potest ab illa eminenter conuerti, atque ab ipsa fieri. Neque difficillius est intelligere quomodo possint Angeli virtutem illam imprimere proiectis sine contactu corporeo, & agitatione quâdam virtutis motiua imprimentis, quâ scilicet excitatis (quo solum pacto experimus nos posse corpora proijcere) quædam intelligere quomodo possit magnes immotus ferrum distans ad se trahere: vel quomodo astra tam longe distata possint ventos aut maris æstum conuolare.

24.

25. Secundo, possunt per vim loco-motiuam, mediatè, applicando scilicet actiua passivis, varias formas, quæ substantiales, quæ accidentales educere. In quo tantò est maius mirabilis quæ Angelorum artificum, quanto perfectius & generalius vires causarum naturalium cognoscunt. Ita vt ars humana vix sit exigua scintilla artis Angelicæ. Itaque possunt excitare ventos, grandines, pluuias, tonitrua, fulgura, vapores & exhalationes in terræ visceribus, & causi tremefacere eam. Quamquam etiam possunt aliter immediatè tremefacere virtute sua motiua localiter: sicut & aerem mouendo, ventum facere: & flumina sistere, vel euertere: aliaque huiusmodi quæ carminibus magicis interdum facta legimus. Possunt etiam corporibus inanimatis vnum in aliud transmutare, simili arte, quâ Chymici vnum in aliud transmutant variis mixtionibus & concoctionibus. Idque eò melius, quò perfectius norunt temperamentum veteri auri verb. grat. aut aliorum corporum, &

25.

Possunt tamen me varias formas educere, applicando actiua passivis.

It.

aliarum causarum necessariorum ad producendum tale temperamentum: quod subtilius & exactius possunt huiusmodi causas applicare. Possunt etiam per similem applicationem aliarum causarum producere non modo lapides & metalla, aliaque inanimata: sed & plantas, & animalia quae ex puri materia fieri possunt, id est, sine semine & propagatione à vivente: ut ranas, serpentes, buffones. Perfecta verò, & huiusmodi equos, leones &c. non nisi semine aliunde accepto. Quia non possunt aliter temperamentum assequi, tam perfectum, ac possunt istiusmodi animalium productione. Possunt tamen ad eorum generationem irritare, vel nocere, & sexum è masculino in femininum mutare, corroborata vel impedita virtute seminis. Nam diversitas sexus oritur præcipue à seminis potentia vel imbecillitate. Similique modo possunt gigantes aut pygmaeos procurare: quorum exempla refert Delrius lib. 2. Disquisit. quæst. 15.

Uterius possunt quilibet illorum corporum convertere in aliud inanimatum, aut animatum imperfectum, id est, tale ut ex puri materia formari possit: atque etiam ipsam animalibus partes alias alijs addere, imitando nutritionem aut aggenerationem vitalem: & in quibuscunque, etiamque imperfectissimis animalibus, nutritionem procurare & augere, per extrinseci alius applicationem, & impedimentorum remotionem; corroborata virtute vegetativa. Atque e conversario possunt impedire virtutem vegetativam nutritivam, atque ac generativam; & sensitivam etiam, tam internam quam externam: immittere morbos, aut procurare sanitatem, & seminum arcere; vel conciliare: longam in diem faciem & insensibilem reddere, & contra famem caninam excitare; illudere sensibus externis, & varias interius imaginationes, variosque affectus causare roris, edij, dejectionis, & similes, commotione humorum & spirituum animalium. Hæc enim omnia fieri possunt, ut locaster motus Angelorum applicante activa passiva, dirigente huiusmodi applicatione notitia, quæ præcedit perfectissimam causarum naturalium, à quibus possunt fieri effectus supra dicti.

Per hæc facile est explicare quæ narratur Exod. 7. de mutatione virgarum in serpentes; facta à Magis Pharaonis operæ dæmonum: cuiusmodi enim non fuisse meram illusionem transferendo virgas aliè insensibilibiter, & substituendo serpentes earum loco, ut existimant Cornel. ad locum illum, & Peter. lib. 1. de Magia cap. 17. Sed fuisse veram conversionem virgarum in serpentes, quæ non superævim dæmonum: cum serpentes gigni possint ex puri materia, & potuerit dæmones celeritate applicare causas destrucivas virgarum, & productivas serpen-

tum, etiam magna mole. Nam cum scriptura dicat, virgas à Magis projectas, fuisse se versas in dracones, id est, magnos serpentes; & Magos fecisse similiter ac Moysen; non videtur ac proprie, & historice loqueretur, si Magorum virgæ non fuissent ab ipsis convertæ in serpentes. Quia transferre tantum serpentes & substituere loco virgarum, non est virgas fuisse versas in serpentes: neque est Magos fecisse similiter ac Moysen, qui verè virgam convertit in serpentem. Neque enim ad prestigias acceperat virgam illam divinius sed ad veram conversionem. Atque ut valde credibile est, Magos reprehendisset, & decessisset illusionem, si Magi tantum spectantium oculis illuissent.

Sicut autem potuerunt dæmones convertere virgas in serpentes: sic possent alia corpora convertere unum in aliud, etiam hominem ipsum, si Deus permitteret, in ignem, solum, oleum, serpentem, vermes, buffones, & alias animalium species, quæ possunt fieri ex puri materia, salva tamen semper anime immortalitate. At non in eas species animalium quæ necessarid egerit semine & propagatione viventi à vivente, ut equus, leo, lupus, & similes. Quare quæ narrantur à Petrus, aut à præphæta Historice, de conversione lapidum in homines, aut hominum in lupos, asinos, fues, ceruas, aves, & cætera fabulosa vel illibria sunt. Potest autem Dæmon sibi illudere, & simulare conversionem hominum in lupos (ut non raro facit) circumponendo exterius hominibus luporum specie & figurâ, vel etiâ pellè ipsâ: & interius commovendo imaginationem, simili modo quo facit morbus ille melancholicus, quæ Medici vocant *lupinæ*, & dæmon dicitur. Ita ut lupi sibi videantur, & more lupino grassentur in oves & in homines, aut se grassari putent. Utique enim fieri potest. Nempe & ut ipsa luporum more currant affectu ferino, multa lupis similia facientes: & ut interius tantum in somno profundissimo vehementissime imaginentur se id facere, quod soli dæmones sub specie luporum exterius faciunt, aut etiam verum lupum agitando. Tuncque dæmones solent Magos illos vel maleficos vulnerare in parte corporis, respondente illi parti lupi veri, aut fictij, sub cuius specie ipsi grassati sunt, si contingat tale spectrum apparenter vulnerari, aut supum vesum accipere vulnus, ut post Guilielmum Parisiensem affirmat Theophilus dist. 6. Theologiae naturalis, quæst. 4. num. 364.

Huc etiam pertinent quæ tradunt Sanctus Augustinus libro 15. de civit. capite 23. alijque Patres, & Theologi, apud Delrium libro secundo Disquisit. quæstio. 15. de generatione hominum per incubos, quæ ipse varijs exemplis & Sagarum depositionibus confirmat.

possunt etiam unum corpus in aliud convertere.

MARTINUS  
NEUS  
LIB. I. PAR.  
D. VI.

26. Ut virgas in serpentes.

Cornel. Peter.

Non videtur ac proprie, & historice loqueretur.

Raynold.

28. Possunt generare per incubos: non tamen sine virtute seminis.

Tunc autem proles non est foetus dæmonis, ut patris naturalis: sed eius à quo deus est vis formatrix, quam dæmon tantum aliò transtulit & applicavit. Possè etiam dæmonem sine incubi aut vitæ consortio procurare ut femina concipiat, femine liter immisso, docent S. Thom. quodlibeto 6. art. 18. fere initio, vbi hoc ubi objicit, & non improbat, Abulens. ad caput 6. Genes. & Desrius loco citato. Addit Theophilus ut non improbabile dist. 4. Theologia naturalis quest. 4. num 291. posse dæmonem absque virili femine alunde accepto, atque etiam absque femine opera hominem producere: putà sic disponendo massam argillaceam speciei hominis configuratam, ut debeat in eam indolui anima. Nam configuratio illa non quit, non excedit vim intelligentiæ, cum importet dumtaxat motum localem illius materiæ. Quod vero præterea ad massæ illius animationem exigitur, est certa præparatum qualitatum imperies, dæmoni bene nota, & ab eò actiua passivis applicante inducibilis. Ergo eadem temperie inducta, abscederet forma præiacens. Proindeque ne materia maneret vacua, aut susciperet formam ad quam non esset disposita, necesse esset advenire formam, cuius temperies illa esset dispositio & anima. Hæc Theophilus.

Sed quod ad primum attinet, assertum à D. Thoma: putà id nunquam contingere, neque vllum eius rei profertur exemplum hæc dignum. Neque etiam decet providentiam diuinam id permittere, præsertim in femina pudica. Secundum autem non modo nunquam contingit, Deo nunquam id permittente, ut fateatur Theophilus, ne deatur aliquis homo non Adamicus, & non pertinens ad hunc ordinem rerum qui nunc est. Sed ne quidem contingere potest, ob tam perfectam organizationem & temperiem necessariam ad corpus humanum formandum, quæ potentiam Angelorum excedit, & per alia agentia naturalia induci nequit absque ope feminis, cuius virtus supra modum admirabilis est, si tamen illa etiam sine Deo peculiariter dirigente embryonem efformat. Qua de re diximus disput. 2. num. 47. Adde quod ex opposito sequeretur, posse similiter dæmonem verè animare & vivificare: cadaver hominis demortui: quod facilius est, quam massam argillaceam vivificare, & ex illa hominem verum facere. Et multò facilius posset dare visum cæco à natiuitate, efformando organum, vel temperando, sicut ad videndum requiritur. At hoc est contra communem sensum fidelium & sanctorum Patrum, qui putant hæc esse vera miracula, solius Dei propria, & quamcunque causam naturalem excedentia.

30. Similiter non puto dæmones posse facere, ut homines viviant in perpetuum, & nunquam morbo vel senio consumantur. Neque ut corpora se peneferent, vel simul

sint in pluribus locis: & similia, quæ communiter censentur esse vera & proprie dicta miracula. Neque etiam infundere hominibus habitus scientiarum: quamvis per homines idiotas possint sepe legere & loqui de rebus eorum notitiam superantibus: ut contingit energumenis. Eodemque pertinet quod Lindanus Dialogo 3. Dubitantij, Ræmond. lib. 2. de ortu, progressu & occidit hæresum cap. 10. & Theophil. supra dist. 330. referunt de Anabaptistis, eos qui illi sectæ turpissimè se adiderunt, mox hausto poculo, vel supra buccella, nosse sacras literas legere, & de rebus diuinis discere: quosdam etiam Scripturam tenere memoria: & si respiciant, redeantque ad fidem catholicam, illorum omnium obnivisci, rursumque illiteratos fieri, ut erant antea.

re, neque scientias infundere, neque carere peneferentia, non enim.

Anabaptistæ dæmonis ope statim norunt legere Scripturam.

SECTIO IV.

De loco Angelorum.

Conclusio prima: Angeli neque nulli ubi sunt, neque ubique; sed in aliquo certo & definito spatio, nec infinito, nec æquali toti Univerſo. Prima pars, quod Angeli non sint nullibi, id est, in nulla mundi parte, vel spatio imaginarij, Probatur, quia, quicquid nonnulli imaginentur de Angelorum abstractione & spiritalitate; non sunt, neque esse possunt abstractiones, aut magis separabiles & independentes à spatio, vero vel imaginario absolute loquendo, quam Deus ipse, qui est ubique non tantum per præsentiam, quatenus omnia cognoscit: per potentiam, quatenus ubique operatur: sed etiam per essentiam, quatenus implet omnia sua substantia & essentia necessariò in inmensum usqueaque diffusa, ut ex Scriptura & Patrum testimonijs ac ratione ostendimus disputatione quinta, sectione tertia & sequentibus.

Confirmatur, quia vel Angeli ab instanti suæ creationis manserunt immobiles, vel motum localem habuerunt. Si primum: ergo sunt per substantiam ubi creati fuerunt, nempe in celo aliquo inferiori Empyreo. Si secundum: Ergo locum mutando, spatium aliud, & locum verum, vel imaginarium acquisierunt: eum scilicet, quò ex priore loco seipsos transtulerunt. Confirmatur secundò, quia non possunt Angeli non esse intimè præsentès Deo, postò quòd existant. At si non essent in aliqua parte spatij veri vel imaginarij, non essent intimè præsentès Deo: Deus enim extraludicè est. Denique non est minus imaginabile quòd aliquid verè existat, & nusquam existat: quam quòd verè existat, & tamen nunquam existat. Quare quicquid est, aliquando & alicubi est. Neque

Angeli esse per alicubi sunt

I. et 2

magis possunt Angeli abstrahere à loco, quam à tempore reali vel imaginario. Cùm autem sint in spatio tantum imaginario, id est, ubi nos spatium corporeum esse nobis imaginemur; non sunt verè in loco reali, actu & formaliter, sed virtualiter tantum, & quantum est ex parte sui: quatenus ita se habent, ut si verè ibi esset spatium aliquod corporeum, illi correspondere sine alia mutatione ex parte sua, ac si caretur spatium aliquod corporeum immensum & infinitum, alicui eius parti per veram & actualem presentiam responderent. Similique virtualitate explicanda sunt differentie presentiarum in motu locali, per spatium imaginarium, & differentie durationum in tempore imaginario, Itemque distantia & indistantia, prioritas & posterioritas, loci & temporis, & similia.

33.

Non sunt  
vbi que  
neque im-  
mensi.

Secunda pars conclusionis, quod Angeli non sint vbi que, neque immensi, id est, non sint simul presentes omnibus mundi partibus, vel totius spatii imaginarij, per realem substantiæ indistantiam, sed aliquibus tantum, & ab alijs magis aut minus distent, probatur primo ex Scriptura, quæ docet Angelos sic esse in vno loco, ut in alio non sint. *Abesal. 12. Et locus eorum non est amplius inuentus in celo.* Vbi sermo est de malis Angelis, de celo propter peccatum expulsi. Docet item Angelos moueri localiter, & ita esse presentes alicui parti vniuersi, ut alteri adesse velint, necesse habeant deserere hunc locum, & ad illud accedere per motum localem. *Iob 1. v. 7. Iudicum 13. v. 2. Isa. 6. v. 2. & sequentibus, vbi sermo est de Seraphinis, supremis inter Angelos, Luc. 2. v. 25. Matth. 4. v. 11. Marci 5. v. 15. affugi denique & alligari certis locis, sicut Tob. 8. v. 7. relinquitur Asmodeus à Raphaelè in deserto superioris Aegypti: pelluntur ad euergetum & mittuntur in porcos, Marci 5. v. 13. & Angeli qui non serauerunt suum domicilium, reseruantur in iudicium æternis vinculis sub caligine, Iudæ v. 6.* Quæ omnia in sensu proprio & literaliter sumenda sunt, nam si de historicè narrentur, & nihil cogat ad tropos confingere. Atque etiam, proprie & literaliter intelliguntur à sanctis Patribus Græcis & Latinis: ut ab Ambrosio libro de Spiritu sancto, cap. 10. Gregor. lib. 2. Moralium, capite secundo, alijs tertio, & homilia trigesima quarta in Evangelia, Beda in illud Lucæ 1. Respondens Angelus dixit ei? Athanasius in epist. ad Serapionem Episc. Tmuseos, Didymo libro 1. de Spiritu S. vbi ait, solius esse Spiritus sancti existere vbi que: quilibet autem spiritus creatum est: vni loco presentem, finito scilicet & vni de multis. Nam, inquit, Angelus qui uiderat, verb. grat. Apосто. o in Asia orasti, non poterat simul eodem tempore

Ambros.  
Gregor.  
Beda  
Athanas.  
Didym.

adesse alijs in cæteris partibus mundi constitutis. Et Damasc. lib. 2. de fide cap. 3. vbi ait, *Angelos esse circumscriptos: nec enim in terra versantur cum in celo sint: nec cum à Deo ad terram mittuntur, in celo remanent.* Et lib. 1. cap. 17. affirmat, Angelum circumscripti vbi operantur. *Neque enim in pluribus ac diuersis locis eodem tempore potest operari.*

Neque est quod Scriptura Deo nunquam impropre motum tribuit. *Psal. 17. Inclinauit celos & descendit & quia nusquam in Scriptura significatur quod Angeli sint vbi que, aut immobiles aut immensi. De Deo autem id aperte testatur, ut offendimus disput. 6. sect. 1. & 2. Quæ quando tribuitur Deo motus localis, aut definitus locus, id proprie fit. Quo sensu non est necesse accipi quæ dicuntur de motu & de loco Angelorum, qui sunt finiti & limitati, neque tanta sunt perfectionis, ut naturaliter vbi que simul esse possint, multoque minus in immensum usquequaque diffundi, quod sine dubio infinitam virtutem requirit. Est enim magna perfectionis posse naturaliter implere modo indiuisibili totum, quod spatium finitum & adæquatè. Ergo infinita, implere simul infinitum. Sic anima rationalis licet corpus humanum impleat totum simul: quia tamen finita est, corpus habet finitum quod informare possit, & non adeo magna molis. Angeli autem paulo magis distant ab hominibus *Psal. 8. v. 5. v. 6.**

Consentiunt Theologi communiter, excepto Durando in 1. dist. 37. secunda parte dist. q. 1. num. 26. & 33. vbi censet Angelos esse vbi que, quia debent esse presentes, vbi que possunt operari. Quæ ratio nullius est momenti, probaretque esse immensos, quia nulla est pars spatii imaginarij, in qua non possit constitui corpus mobile ab Angelo diuisum, aut successiue. Consentiant etiam sancti Patres, Athanasius, Didymus, & alij citati num. 33. Quod si pauci quidam alij, ut Tertul. Hieronym. Nazian. Maximus Taurinensis Durando fauere videntur; aiunt tantum quod Angeli mira sua celeritate ferè momento vbi que sint, si velint: non autem quod absolute & in rigore philosophico simul & semel vbi que sint. Ut eorum verbis offendit Suar. lib. 4. capite primo num. 15. & 16. Loquimur autem de facto, non de possibili. Neque enim repugnat creati posse Angelos qui naturaliter vbi que sint, id est, qui tanta sunt perfectionis, tantamque habeant amplitudinem virtutalem, ut toti mundo presentes esse possint. Potest enim naturalis Angelorum perfectio, & vidualis illa amplitudo crescere magis ac magis in infinitum: quia dato quocumque Angelo, potest dari alius perfectior.

Conclusio secunda: Angeli possunt esse in vno indiuisibili: possunt & aliquod spatium

adæquatum substantiã suã replere maius aut minus, prout sunt naturæ perfectioris, aut minus perfectæ: ita tamen ut non occupent necessariò quantum possunt, sed ad minus possint sese contrahere.

Prima pars, quòd in vnico indiuisibili esse possint, est D. Thom. q. 2. 52. Molina, Caietani, Bannes & Cumel ibidem, Scoti in 2. dist. 2. q. 6. dubitanter tamen & cum formidinis oppo siti: & Suar. lib. 4. cap. 11. num. 23. Probat, quia Angelus in seipso est formaliter indiuisibilis: & licet possit, ob virtutalem amplitudinem, occupare totum aliquod spatium per entitatis suæ replicationem: hæc tamen replicatio non est illi necessaria: cum in quolibet puncto conseruari possit tota eius substantia, & tota virtus intelligendi, volendi, & exequendi, & alia quæ non magis egent per se spatio extenso, quàm ipsa Angeli substantia, quippe non minus indiuisibilia. Confirmatur, quia non est negandum quin Deus possit recingere quamlibet substantiam corpoream, naturã suã extensã, ad instar puncti. Ergo multo magis priuare potest extensione præsentiam spiritalem substantiam. Posito autem quòd substantia spiritalis cuiuslibet possit omni extensione præsentiam, non apparet cur id, aliunde possibile, negari debeat naturali Angelorum virtuti.

Dicunt aliqui, si nullum detur punctum in continuo, implicare præsentiam Angeli esse punctualem siue indiuisibilem, quia Angelus per suã præsentiam est simul penetratiue & intime cum eo cui est præsens. Quòd autem simul est cum alio & penetratiue, neque excedit, neque exceditur, sed perfecte adæquatur. Atqui repugnat indiuisibile adæquari diuisibili. Ergo &c. Respondeo primò, hoc argumentum cum proportione applicatum aequè pugnare contra contractum globi & perfecte plani. Secundò, ipsam substantiam Angeli esse semel alicubi. Implicat enim esse multoties, & non esse semel. Imò tota Angeli præsentia diuisibilis, non est aliud quàm multitudo & collectio indiuisibilium, vel potius indiuisibile replicatum multoties, cum Angeli præsentia nihil sit aliud ex parte ipsius, quàm ipsamet eius substantia per seipsam formaliter existens in spatio in quo est, ut ostendimus sectione sequenti. Quomodo autem hæc coherant cum sententia componere continuum ex semper diuisibilibus, videant Peripatetici.

Secunda pars, quòd Angeli possint etiam spatium aliquod adæquatè replere, patet exẽmplo rationalis animæ toto corpore diffusæ per virtutalem amplitudinem, & replicationem entitatis suæ indiuisibilis. Quæ amplitudo perfectio quædam est, & participatio virtutis Dei omnia implentis suã substantiã, & vterius in immensum vsque quaque diffusæ. Vnde quòd Angeli magis ad Deum accedunt, & vel humanis mentibus, vel alijs alijs perfectiores sunt: tanto

maius spatium occupare sunt apti. Ex maiori enim perfectione connaturaliter sequitur amplior præsentia, & virtualis quantitas substantiæ maior. Quia vt rectè D. August. lib. 6. de Trin. cap. 8. In ijs quæ non uole magna sunt, hoc est maius est, quòd est melius seu perfectius esse. Quæ sicut Dei infinitudo infert præsentiam infinitam: sic maior perfectio Angelorum maiorem infert naturalem præsentiam capacitatem.

Tertia pars conclusionis, quòd possit Angelus naturaliter minus spatium adæquato occupare, si velit, probatur: quia non repugnat spiritum concludi spatio inadæquato, ut patet in anima rationali informante corpus initio minus quàm postea. Neque enim propter quod tempore informationis est alibi, quàm ubi informat, sicut neque alibi operationem vllam habet. Ergo simile quid non repugnabit Angelis ex gradu spiritus. Aliunde verò Angeli sunt immutabiles secundum ubi, & nulli certo loco affixi necessariò. Quare ex gradu immutabilitatis non repugnabit illis ubi inadæquatum, sicut repugnat Deo. Neque etiam ratione informationis & rationis naturalis cum spatio cui adstringantur necessariò: sicut anima rationalis adstricta est corpori quòd informat, pro statu informationis. Etenim Angeli talem vnioem non habent, neque vlli loco determinato adstringuntur necessariò, sed loquendo naturaliter libere sunt in omni loco in quo sunt. Quare sicut liberi sunt ad hunc aut illum locum occupandum, ita & ad minorem aut maiorem, intra fines naturales suæ capacitatis: Cum neque ex capitibus supra enumeratis, neque ex illo alio appareat necessitas occupandi semper cum adæquato. Neque enim dici potest, quòd apprehendant illud, inquam bonum sibi omnino necessarium ad naturalem suã perfectionem & beatitudinem. Nam contra potius, supposita immutabilitate Angelorum, facit ad eorum perfectionem & commoditatem, ut possint suã præsentiam contrahere, vel dilatare. Quia sic plenior est usus libertatis: maior subordinatio virtutis moricis ad voluntatem: maior vis abscondendi se ab illis agentibus, quæ nequeunt agere aut intueri, nisi ea quæ sunt præsentia ad certam distantiam & proportionem: maior aptitudo ad plene possidendum corpus assumptum, vel ut sint toti in aere energumenos, quos possident.

Quin etiam subest appetitui animalium ut se quadammodo extendant & contrahant, & aliquantò maius aut minus spatium occupent. Idem ergo Angelis & quidem perfectius tribui debet. Neque magni sunt momenti quæ in contrarium appohit Valent. quest. 3. de Angel. punct. 3. col. 1. & 2. quibus ex dictis facile est respondere. Hinc autem sequitur, supposita continui diuisibilitate in infinitum, iuxta Peripatetico-

Angeli  
possunt et  
se in vnico  
indiuisibili.

39.  
Et minus  
spatium ad  
dequato.

40.

Valent.

Trt. 3.

posse hanc contractionem procedere, in infinitum, ita ut possint Angeli contrahi ad spatium minus ac minus in infinitum: cum possint etiam ad merum indivisibile. Et hæc infinitas secundum quod nos requirit virtutem infinitam simpliciter quoad contractionem: sicut nec quoad extensionem ad spatium adæquatum, in quo sunt partes infinitæ secundum quod, iuxta eandem opinionem.

41. Angeli spatium occupantes, nisi tertia figura adstricti sunt.

Tertia conclusio. Angeli spatium occupantes nulli certæ figuræ adstricti sunt, sed possunt liberè in quacunque se constituere. Probatur exemplo animæ rationalis quæ in quolibet membro corporis est præsens loco illius, secundum eius terminum & figuram, quantum am mutat ad illius mutationem, ut quando verb. grat. manus iudicis aperitur, explicat digitos, aut comprimit, & varijs modis disponit. Neque oportet, ut figura sit magis supra voluntatem Angeli, quam ipsa quantitas siue extensio suæ præsentie. Attamen supposita continui diuisibilitate in infinitum, notandum est non posse Angelum suam præsentiam tantum diffundere secundum longitudinem, quantum eandem contrahit secundum latitudinem. Alioquin Angelus in quadrângulo positus, posset magis ac magis ad quamcunque distantiam intra eandem parallelas diffundere suam præsentiam, coarctando magis ac magis in infinitum latitudinem suæ præsentie quadrangularis, & eadem proportione magis ac magis arguend. illam secundum longitudinem: iuxta propositionem 36. libri 1. Elementorum Euclidis.

Non possunt extendi in infinitum.

Euclid.

Atque ita non esset Angelis necessarium cælum deserere, ut terram præterant, contra Scripturæ & Patrum testimonia infæto citata. Nimirum sicut agentia corporea certam habent limitationem ad unitatis suæ secundum longitudinem, neque possunt eam extendere in longum, quantum eandem coarctant secundum latitudinem, sic Angeli &c. Habent enim unitam virtutem sese extendendi, quæ eadem modum & agendi, quam non possunt in infinitum dissipare. Ut neque agentia corporea unita possunt virtutem adiuam in infinitam longitudinem dissipere. Neque enim ignis verberat, impeditus ne agat quantum potest secundum latitudinem: nisi propterea suam diffundit in infinitum secundum longitudinem. Quin potius sicut hæc agentia, figuræ sphericæ unitatis mutata, non solum eius diametrum excedunt, sic Angeli non ad eam magnitudinem possunt sese diffundere ultra maximam diametrum sphericæ suæ præsentie adæquata.

42. Instantia repellitur.

Instantis, quia supposita illa sententia de compositione continui, baculus verb. grat. possit in infinitum crescere in longum, addendo secundum longitudinem id quod detraheretur secundum latitudinem. Ergo idem est de præsentia Angeli. Probatur antecedens. Si enim baculus in diuidis per medium, secundum crassitiem, & partes diuisas

fas etiam in longum; efficitur illud duplo longiorem. Si utramque partem iterum diuidas & vnias, erit quadruplo longior. Si quatuor illas rursus diuidas & vnias, octuplo: & ita indefinens in infinitum. Nunquam enim finietur diuisio, cum facta quacunque diuisione partes diuisæ sint adhuc diuisibiles.

Respondeo negando paritatem: quia partes baculi merè passiuè se habent & realiter diuersæ sunt, & habent singulæ suam præsentiam independentem ab alijs, & non conexam specialiter, neque in se, neque in tertio. Vnde possunt quantum est ex se, distantissima loca, etiamque interrupta & discreta occupare. At Angelus & vitalis agit diffundendo sese vnus est, & vnica vnice sese diffundit, quæ potius debet comparari virtuti actiue naturalium agentium, ut supra diximus, quam passiuæ capacitati quantitatis diuisibilis in infinitum.

Quarta conclusio: Angeli non occupant impenetrabiliter spatium in quo sunt, id est, que nec se inuicem, nec alia excludunt, formaliter ab eodem loco. Attamen quamuis non repugnet naturaliter plures Angelos esse simul in vno & eodem loco: repugnat vnus & eundem esse simul in pluribus locis.

Prima pars facilis est. Angeli enim non habent modum corpoream impenetrabilem, quæ se mutuo excludant ab eodem spatio, aut simul cum corporibus esse non possint. Neque ex vilo alio capite ostendi potest necessarium esse ut diuersim sitam ab illis occupent. Cæterum plures demones possident eundem energumenum, ut legio integra, Luc. 12. v. 30. probabilius est aliquos simul se habere penetratiuè ad inuicem, & omnes ad corpus & ad animam. Et quidem non possunt esse præsentis intimè vlli parti organice, quin sint ibidem præsentis anime. Quidam ergo similiter alijs præsentis intimè esse possint? Item quando in cælo versantur: vel cælum diuidunt, ut nos aërem; vel intimè & penetratiuè se habent ad cæli partem in qua sunt. Quidam ergo similiter cum alijs corporibus penetratiuè esse possint?

Angeli non occupant spatium impenetrabiliter.

Secunda pars conclusionis, quæ scilicet Angelus nequeat simul esse in pluribus locis, probatur, quia si loquamur de locis adæquatis, quantum scilicet spatij potest Angelus simul occupare: manifestum est non posse Angelum simul habere duo talia. Alioquin neuter locus esset adæquatus. Si autem loquamur de inæquatis, ne plura quæ eadem eiusmodi, quæ verè & simpliciter plura sunt, id est, discreta & distincta, potest habere naturaliter Angelus, etiam in tra spatium quod totum posset naturaliter occupare. Quia modus ille existendi diuisim à seipso, summam habet difficultatem, & merito videtur excedere facultatem nature, nec nisi valè miraculose tribuitur Christo in Eucharistia. Confirmatur ex locis Scripturæ relatis num. 32. & ex Patribus ibidem citatis, affirmantibus

44. Non potest Angelus simul esse in pluribus locis.

MARTINUS  
NEUS  
IN  
D. VI

ribus Angelum quando est in terra, non posse simul esse in caelo, quia finitus est. Neque dicas ex eo tantum haberi quod non possint simul esse in locis discretis, valde distantibus. Nam positio quod Angelus non obstante unitate suae naturae possit simul esse in locis discretis: non est ratio cur esse nequeat in locis quantumvis distantibus. Quia ex vno loco non conseruaret seipsum in alio. Quare sublata necessitate continuitatis ubi Angelus, quae fundatur in unitate naturae, cui repugnat esse simul in locis discretis, perinde ac si Angelus non esset vnus: non est ratio cur à seipso magis ac magis absesse non possit. Quamuis enim dicatur non posse Angelum se primo constituit in alio loco, quantumvis remoto, quia non potest agere in quantumvis distantibus: tamen non erit ratio cur ibi positus non possit recedere, longissime à loco in quo primo exiit, & in quo loco cum perstare supponimus: ita vt simul in terra & in caelo existat.

**R**espondet: Anima rationalis occupat loca discretà, in quibus omnes corporis partes, quas informat, non videntur esse continua. Respondeo, per loca discretà, intelligi à nobis distantia, siue distantia & interrupta, nulloque modo continua vel contigua, ita vt praesentia plures sint omnino interrupta, quales non habet anima in corpore, quicquid sit de partium contiguitate.

Contrarium sentiunt aliqui fundati in illo principio, quod Angelus sint tantum in loco per operationem, aut applicationem virtutis actiuae: cuius principij improbabilitas ex sequenti sectione patebit.

SECTIO V.

Per quid Angeli sint formaliter in loco?

**R**espondeo, Angelum esse fundamentaliter in loco per substantiam siue entitatem suam: formaliter vero per eandem, vt indistantem & inuicem praesentem spatio reali vel imaginario, in quo est: non autem per operationem, vel unionem, vel modum aliquem distinctum in re.

Prima pars patet ex Scriptura, quae asserit Angelos esse in caelo, Apoc. 12. verè scilicet & propriè, ac secundum substantiam: & daemones esse in deserto, etiam inuitos & reuocatos, Tob. 12. & includi corporibus Ene-gumæorum, ab illisque eiici, Luc. 8. & 10. & moueri localiter, ac proinde seipos substantialiter deferre ab vno modo in alium, Luc. 2. v. 15. Ioan. 5. v. 4. Matth. 28. v. 2. & Iudic. 13. v. 20. vbi notanda est comparatio Angeli cum flamma, substantialiter siue dubio ascendente: *Cumque ascenderet flamma altaris in caelum, Angelus Domini pariter cum flamma ascendit.* Quae omnia & similia loca, eo magis in sensu literalis & proprio sunt accipienda, quod narratio-

nes historicas continent, & frequentissime constantissimè de Angelis id commemorat Scriptura, nec aliud quicquam habet quod ad tropum recurrere cogat. Adde quod anima rationalis secundum substantiam est in corpore quod informat: & Deus est substantialiter in toto vniuerso. Angeli autem non sunt abstractiores Deo: quare substantialiter sunt alicubi in spatio reali vel imaginario. Neque negari potest plurimos Angelos, & eorum ac animas beatas esse secundum substantiam suam in caelo Empyreo: & plurimos daemones, & eorum ac animas damnatorum, esse substantialiter & personaliter in inferno.

Falluntur verò qui putant necessarium esse, vt quod dicitur esse substantiam in loco, constet vniuersis partibus, quod vniuersa alia ab eadem parte loci excludantur. Licet enim ad modum essendi in loco circumscriptiue, necessarium illud sit: non tamen ad modum essendi definitiue, vel ad simplicem praesentiam, quam spiritus, licet indiuisibilis substantia ac penetrabilis, non minus habent, modo secundum illam verè in spatio sint: quam corpora per formam suam diuisibilem & impenetrabilem.

Secunda pars responsi, quod Angeli sint formaliter in loco per suam substantiam, vt indistantem, est Ricardi in 1. dist. 37. art. 1. quest. 1. Bonauent. in 2. dist. 2. p. 2. art. 2. quest. 1. Gabr. quest. 2. art. 2. conclus. 4. Grego. quest. 2. art. 2. Marfil. in 2. quest. 2. art. 1. conclus. 4. in correlariis affirmantium Angelos esse in loco per formam suam substantiam, seipsa scilicet existentem in illo. Et probatur, quia posita inexistentià substantiae Angelicae in spatio vero vel imaginario, & quouis alio vel ratione semper, Angelus verè & realiter est illi praesens: & hac inuicem inexistentià non posita, quicquid aliud ponatur, non est praesens. Ergo praesens formaliter per illam inuicem inexistentiã. Confirmabitur amplius hac assertio refutatione opinionum contrariarum.

Quarta prima est Ferrarientis lib. 3. contra Gent. cap. 68. & aliorum quorumdam Thomistarum, affirmantium Angelos vel constiu formaliter in loco per aliquam operationem transeuntem circa corpus, in quo velut in loco esse constituntur: vel scilicet operationem huiusmodi necessariam esse, vt Angelus dicitur esse in corpore illo tanquam in loco. Quia sicut corpora sunt in loco per contactum quantumvis: sic Angeli sunt in loco per contactum virtutis, contactus autem virtutis est operatio. In eademque sententiã videtur esse D. Thomas quest. 52. art. 1.

Sed contra primam Ratio formalis & sufficiens, per quam corpora sunt in loco, formaliter est eorum substantia, vt indistans à loco. Per quam manerent in loco eodem, quamuis Deus quantitatè auferret à corporibus. Et per quam Christus est sub-

stantialiter sub speciebus Eucharisticis, quævis aut ipsa quantitate, aut eius usu & contactu spoliatus sit. Ergo similiter ratio prima & formalis ac sufficiens, per quam Angeli sunt in loco, est ipsorum substantia, ut indistans secundum se corpore in quo est. Ergo ut sint in loco, non est necessaria operatio Angeli circa locum, siue ut ratio formalis, siue aliter. Secundo, Angeli aliquando operantur in corpore aliquo, in quo non sunt: & non operantur in corpore, in quo sunt. Ergo non constituuntur in loco formaliter per operationem circa corpus, neque illa operatio est necessaria ut sint in corpore tanquam in loco. Consequentia est evidens. Antecedens probatur: quia Angeli possunt agere in distans, sicut agendo simul in medium, movet omnes illius partes, & omnes stellas illi asixas, quamvis non sit in omnibus partibus & stellis eiusdem cœli: alioquin Angelus illi par, posset simul esse in cœlo & in terra, quod negant sancti Patres, ut supra vidimus. Item, demones additi inferno in perpetuum, non operantur perpetuo circa infernum actione aliqua transeunte, de qua loquuntur Thomistæ. Nisi quis negat perpetuo mouere ignem inferni, aut quid simile: quod ridiculum est. Animæ quoque damnatorum, quæ ibidem sunt ad patiendum, non autem ad agendum circa infernum, quam habent circa illam operationem transeuntem quamdiu in ipso sunt: similiter Angeli beati, & animæ sanctorum existentes in cœlo Empyreo, nullam habent transeuntem operationem circa ipsum. Quippe quod neque ab illis conservatur, neque augetur, neque alteratur, neque movetur.

51. Fictitium enim est quod refert ex Caietan. & non improbat Bannes ad quæst. 52. art. 1. Angelos habere occultam, quandam actionem in cœlo Empyreo. Nam huius actionis in se occultæ & per se ignotæ, ut fatetur Bannes, nullum indicium est, sed plene gratis & diuinando asseritur ad tuendam opinionem male anticipatam. Neque melius est quod addit Bannes ad eundem art. Angelos completere virtutem cœli Empyrei, ut agat in hæc inferiora. Diuinat enim, si intelligit completere intrinsecè, efficiendo aliquid in cœlo Empyreo, quod cum non sit motus localis (quia cœlum illud ex ordinatione diuina est immobile) debet esse qualitas aliqua. At Angeli, ex communis sententia Theologorum cum D. Thoma, non possunt efficere in corporibus nisi motum localem, & ea quæ ad huiusmodi motum pertinent, ut alibi ostendimus. A qua regula generali excipere qualitates occultas, nihil aliud est, quam euertere fundamentum propter quod de aliis negatur. Si autem intelligit completere tantum extrinsecè, coagendo cum illo in hæc inferiora, id primo gratis dicitur: & cum non mo-

ueant, cœlum illud, non apparet quid aliud illi conferant, quo ad agendum compleatur, aut quomodo extrinsecè coagant. Quis potius existimandum est, si cœlum Empyreum creatum sit, ut immotum manens influeret in hæc inferiora, fuisse creatum cum tota perfectione naturali ad id necessaria. Secundo, dato & non concessio quod Angeli cum illo coëfficiant, id non sufficit ut dicantur esse in illo. Nam sol coagatum causis sublunariis, & tamen non dicitur esse localiter in illis.

Atque hæc instantia magis arguet in animabus Beatorum in cœlo Empyreo existentibus, quæ completere virtutem naturalem cœli Empyrei ad agendum in hæc inferiora, ita ut ante Christi ascensum in cœlum, illo complemento caruerit, & quotidie ininceps maius ac maius acquiruerit ad ingressum perpetuum animarum in cœlum, est procul absurdum & improbabile. Quod verò sit Capreolus in 2. dist. 2. quæst. 1. art. 2. § Tunc cum argueret dicit, Angelos ornare cœlum Empyreum: Si intelligit ornare formaliter tantum sua præsentia, dicit id quod intendimus, Angelos scilicet esse in loco per præsentiam, & indistantiam suæ substantiæ. Quamquam quod illa præsentia faciat ad ornatum cœli Empyrei, impertinens est ad localem præsentiam. Et Demones atque animæ damnatorum non minus sunt in inferno, quem non ornant, sed potius dedecorant: & actus peccaminosi sunt in anima quam maculant. Sin autem vult ornare efficienter, hæc est, efficiendo aliquid in cœlo Empyreo, quo perficiatur diuinat, & istudem argumentis refellitur quibus Bannes & Caietan.

Adde, quod Angeli, qui substantialiter alibi sunt, ibique operantur: quando desinunt ibidem operari, non propterea inde recedunt, si nihil aliud agunt. Ac nisi se localiter aliò transferant, aut ab alio transferantur, non possunt non esse ibidem substantialiter præsentibus, ut antea. Item naturâ prius est Angelum esse præsentem aut propinquum corpori vel spiritui; quam in ipsum operari. Ergo præsentia vel propinquitas Angeli est independens ab operatione. Ergo non constituitur formaliter per illam. Prima consequentia est evidens. Quia id quod est naturâ prius non pendet à posteriori. Antecedens probatur ex Scriptura, quæ docet Angelos accedere ad corpora vel ad spiritus, ut circa res eiusmodi operentur: Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem, &c. & ingressus ad eam dixit: Ave græta plena; Matth. 4. v. 11. Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Et Zachar. 2. v. 3. & 4. Et ecce Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur. Et Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Surre, loquere ad puerum istum. Prius itaque occurrit & accessit, ut loqueretur. Et prius Angeli accesserunt ad Christum in deserto,



Chryfolt.  
Nazian.  
Damasc.

quam ipsi ministrarent. Idemque docent sancti Patres, vt Chryfolt. hom. 3. in Epist. ad Hebr. circa illa verba: *in ministerium missi*: Nazian. orat. 34. quæ est secunda de Theologia, in fine, & Damasc. lib. 1. de fide cap. 17. & lib. 2. cap. 3. Qui supponunt Angelos, cum Deus aliquid illis præcipit alicubi exequendum, eò celerissime se conferre vt illud exequantur: & id eò celerissime diuersis in locis operari, quia propter naturæ pernicitatem & promptitudinem mirabilem, transeunt citissime ab vno loco in alium; & omnibus vbique impigre adfunt. Ex quibus omnibus liquet, non modo operationem non esse id quo Angeli formaliter constituuntur in loco, sed neque esse necessariam vt Angeli sint in loco, aut denominentur esse in loco.

Dices, tam corpus esse præsens substantialiter Angelo, quam Angelum corpori cui intime inexistit. Et tamen corpus non dicitur esse in Angelo, sicut Angelus dicitur esse in illo corpore, puta in cælo, vel in ætherum. Ergo vt Angelus dicitur esse in aliquo tanquam in loco, requiritur aliquid aliud præter intimam inexistenciam, nempe aliqua operatio circa illud.

Cut dicatur Angelus esse in corpore vt in loco: non aut in corpore in Angelo?

Respondeo, idcirco corpus non dici esse in Angelo, tanquam in loco; quia nomine loci intelliguntur omnes, ex communi vsu & acceptione vocis, quid corporeum, in quo res locata continetur: iuxta Aristotelicam definitionem, *Locus est superficies corporis ambientis immobilis*. Vnde inexistencia Angeli in qualibet re, non vocatur inexistencia in loco: sed tantum inexistencia in corpore continentem aliquo modo sufficienti ad denominationem loci. Posito verò ex parte eius, cui inexistit Angelus, quicquid requiritur ad denominationem loci: nihil requiritur ex parte Angeli, vt dicatur esse formaliter in loco, nisi intima ipsius inexistencia in tali corpore. Quare non constituitur in loco formaliter per operationem, neque illam necessariò requirit ad existendum in aliquo tanquam in loco, vt volebant Thomistæ.

SECTIO VI.

*Resutantur alia sententia contraria.*

Angelus non est in loco per applicationem virtutis ad operandum circa corpus.

Secundo opinio contraria est Caietani quæ 2. 52. art. 1. & multorum ex Thomistis, et eorumque, qui affirmant Angelos esse formaliter in loco per applicationem virtutis ad operandum, circa corpus in quo dicuntur esse localiter. Distinguunt autem applicationem virtutis ab ipsa operatione; & dicunt illam esse actionem immanentem intellectus & voluntatis, atque etiam expeditionem facultatis exequentis: ratione cuius Angelus est in loco, etiam quando non operatur ibi actu, & priusquam operetur in tale corpus.

Sed contra: quia neque ille actus internus intellectus & voluntatis scientis & volentis operari circa corpus, neque expeditione potentie exequentis, si est aliud quam intima præsentia substantie Angeli, necessaria est, vt Angelus verè dicatur esse in loco. Ergo illa applicatio virtutis non est id quo formaliter Angelus constituitur in loco. Antecedens probatur iisdem argumentis, quibus præcedentem opinionem impugnauimus. Nam sublatis huiusmodi actibus intellectus & voluntatis, & expeditione ad operandum, dum modo Angelus substantialiter indisset à cælo Empyreum, & intra illud contineatur, est verè in cælo. Secundo, Angeli beati qui sunt in cælo Empyreum, non habent actionem intellectus & voluntatis, & expeditionem illam potentie ad operandum in cælo Empyreum. Cum equi faciant esse ex Dei ordinatione immobiles; non habent voluntatem ipsum mouendi, neque iter alterandi, quia non possunt: adeoque neque habent facultatem exequentem ad hoc expeditionem. Tertio, cum ille actus internus volendi alicubi operari, sit Angelo liber: si Angelus liberè noller in vnum corpus operari, nullibi esset. Et si Dæmones non vellent operari in infernum, non essent in inferno. Cum autem maximè cupiant non esse in inferno, quomodo non ab illo se eximunt, nolendo in ipsum operari? Quare pacto volunt perpetuò in illum operari, vt sit in illo, cum inuitissimi ab eo contineantur? Idemque de damnatorum animabus quæri potest. Quarto, Angeli possunt intelligere & velle, & habere potentiam exequentem expeditionem ad operandum in distans. Et non propterea sunt in corpore illo distanti. Ergo non constituitur formaliter in loco per applicationem ad operandum, qualem vult Caietan. Sed per præsentiam suam entitatis ad corpus in quo, velut in loco, esse dicuntur.

Tertia sententia, nostræ contraria, est Vasquisi disp. 188. cap. 7. & disp. 199. cap. 3. & 4. & disp. 196. cap. 2. affirmantis Angelum constitui formaliter in loco per unionem formalem cum illo. Sed contra: primo, illa nio formalis Angelorum cum loco corporeo, id est, cum re adeò disparata & disproportionata, sine ratione fingitur. Et si datur, supponit naturam prius. Angeli præsentiam ad id cui Angelus vniri fingitur. Debet enim naturam prius simul esse, quam vniantur; cum vnio pendeat ab illa, vt simul possit in eo situ & statu, in quo vniri possunt. Quare ante & citra talem unionem constituitur Angelus præsens loco, per hoc scilicet, quod ab illo indisset, illique adest intime & quasi penetratiue. Secundo, si corpora, & Deus, & animæ rationales, sunt, satis præsentem loco sine vnione formali: quidni Angeli pariter? Tertio,

Neque etiam est in loco per unionem formalem cum loco.

sublata unione, si non recedit Angelus substantialiter à loco cui vnitus fingitur, æquè indistat. Ergo est æquè præsens ac antea. Quarto, omnis vnio physica constituit formaliter aliquid vnium. Ergo si inter Angelum & corpus, in quo est velut in loco, intercedit vnio physica, constituitur ex illis aliquid physice vnium. At explicari nequit quodnam sit illud physice vnium, & quam speciem vel similitudinem habeat cum alijs quæ nouimus habere physicam vnitatem. Nam neque est vnio materiæ cum forma, neque naturæ cum supposito, neque accidentis cum subiecto, neque partis cum parte extensiuæ vel intensiuæ. Nullam autem aliam vnionem physicam notam habemus. Item dici potest ad quid illis sit vnio physica inter Angelo, vel corpus? Non ad esse, quia esse Angeli, vel corporis, non pendet ab illa vnione, neque per illam acquirit aliquam perfectionem intrinsecam. Non etiam ad operari: quia corpus perinde operari potest, siue Angelus illi physice vnietur, siue non. Angelus quoque, vt operetur in tale corpus, aut in aliquid aliud, non eget physica vnione, sed propinquitate sufficienti ad agendum.

57. Respondet Vasq. vnionem illam physicam Angeli ad corpus, in quo est velut in loco, necessariam esse vt Angelus dicatur esse propinquus vel distans ab alijs corporibus & spiritibus, & à centro & polis mundi: quia hæc non conueniunt Angeli nisi mediante corpore cui vnietur, & per denominationem à propinquitate vel distantia illius. Fundamentum enim distantia & propinquitatis est quantitas, quæ habet terminos extrinsecos in quibus fundatur distantia vel propinquitas. Quantitas autem propria corporum est.

58. Sed contra: primo, posito quòd Angelus secundum suam substantiam sit in aliquo corpore, puta in cælo aut in terra, sicut Deus est in mundo, & anima in corpore; Angelus est verè indistans ab illo: quomuis neque illi corpori, neque alteri physice vnietur. Atqui Angelos esse in cælo, in terra, in elementis, aut alibi, secundum substantiam, probauimus supra Scripturæ & Patrum testimonio, ac ratione certa. Secundo, ea quæ secundum suam substantiam & entitatem ita se habent, vt inter ipsa immota vel intercipiatur aliquod spatium reale, vel intercipi possit, distans secundum se, id est, secundum suam substantiam formalem, & non tantum denominatione per corpus: quia idèò foris distans dicantur inter se, quia corpora distant. Atqui Angelus secundum suam substantiam & entitatem ita se habent, vt inter ipsos immotos, id est, in eodem intrinseco situ manentes, vel intercipiatur aliquod spatium reale, vel intercipi possit. Nam Angeli boni, qui sunt substantialiter in cælo Emphyreo, ita se habent respectu malorum

Angelorum, qui sunt in inferno. Quammodum & animæ beatorum ita se habent respectu animarum damnatorum: tantum enim spatium intercipiunt inter eorum substantias, quantum inter Emphyreum & infernum. Et si Deus destrueret totum mundum corporeum, conseruatis animabus & Angelis, beatis & damnatis, in eodem situ intrinseco; tantumdem spatij posset inter ipsos intercipi, & interciperetur iterum, si Deus mundi machinam restitueret. Tertio, idem de propinquitate probatur simili argumento. Illa enim sunt propinqua formaliter per se ipsa, & non tantum denominatione per aliud, inter quorum substantias manentes immotas nullum reale spatium neque intercipiunt, neque potest intercipi, aut non nisi exiguum. Sed aliqui Angeli in cælo Emphyreo, aut in inferno, ita se habent, vt inter ipsos nullum reale spatium intercipiatur, neque possit intercipi, aut non nisi exiguum; vt inter eos qui sunt in partibus cæli conuuis & immediatis, aut parum inter se distantes. Neque enim plus inter se distant Angeli præsentés intus istis partibus, quam distent ipsæ partes. Neque magis distarent, si Deus partes illas cæli totumque mundum corporeum destrueret, neque alium substitueret; Angelis tantum manentibus localiter in membris.

Dicere autem quòd in eo casu Angeli nulli essent, id est, non haberent vbi intrinsecum, per quod essent Deo intus præsentés, essentque apti completè ex parte sui respondere corporibus, si crearentur, per distantiam vel indistantiam; falsum est, vt supra ostendimus, & inimaginabile. Dicere item quòd Angeli in eo casu haberent tantum distantiam negatiuam; est abuti terminis, ac loqui inintelligibiliter. Nam quæ indistantia potest esse magis positius, quam eorum quæ secundum suas substantias & entitates positius ita se habent, vt inter ipsas nihil omnino possit intercipi? Quodue aliud iure requiri potest, vt dicantur esse positius indistantia secundum se? Plura aduersus hanc sententiam diximus disp. 5. sect. 5. & 6. vbi etiam Vasquis fundamentis & argumentis respondimus.

Supereest quarta opinio Suarez lib. 4. de Angel. cap. 2. & 7. aliorumque plurium existimantium, angelum constitutum formaliter in loco per modum accidentalem distinctum ex natura rei ab ipsius substantia, quem vocant vbi intrinsecum. Fundamentum eorum est, quia Angelum esse in cælo v.g. est denominatio realis. Ergo est ab aliqua forma reali, intrinseca Angelo, vel extrinseca. Omnis enim denominatio realis debet sumi ab aliquo reali, quod, latè sumendo nomen formæ, vocatur forma denominans. Atqui prædicta denominatio non sumitur à substantia Angeli & cæli præcisè: quia vtriusque substantia esse potest, quamuis Angelus in cælo non sit. Non etiam ab aliqua forma

R. fertur euas.

Fide supra num. 31. & sequentibus.

59.

Refutatio alie causæ.

60.

Suar. Angeli ad speciem loco formali per se in parte rei distincta.

intelligi cælo: quia cælum esse potest, cum suis omnibus intrinsecis, absque eo quod Angelus præseps illi sit. Ergo ab aliqua forma intrinseca ipsi Angelo, nempe ab eius propria intrinseca. Quæ forma cum abesse possit ab Angelo deferente cælum: debet ab illo distingui in re, saltem modaliter & ex natura rei. Quia nullum est maius indicium distinctionis in re, quam separabilitas vnus ab alio.

61. Verum ille modus præsentia ex natura rei distinctus ab Angeli substantia, per quem constituitur formaliter in loco, videtur mihi esse plane superfluous. Nam quemadmodum, ut aliquis existat in hoc vel illo tempore, non est opus reali modo durandi, quo formaliter sit in tali tempore, sed seipso formaliter est in illo, hoc ipso quod existit simul cum illo. Sic, ut res aliqua sit corporea & spiritualis, sit in tali vel tali loco, nihil aliud requiritur, quam in ipsa ipsius existentia in spatio. Hoc enim ipso quod intra tale spatium est, aut esse concipitur: licet per diuinam potentiam, vel per intellectum, omnes illi modi auferantur, aut præcendantur: necessarium tamen res est, & concipitur esse in tali loco. Quare superfluous est ille modus. Qui licet à multis asseratur: à multis etiam negatur, & in primis ab Aristotele 8. Phys. tex. 59. ubi ait, motu locali mobile nihil quod insit in mobili mutare: & à D. Thoma, Scotto, Bonauent. Gregorio Arim. Marfil. Gabriele & aliis, quos sequitur Aegidius Conink tom. 1. de sacram. quest. 75. num. 68. ubi cum multis Recentioribus idem negat. Ac necessarium generatim negari debet ab iis omnibus qui volunt neque relationem à fundamento proximo, neque existentiam ab essentia actuali, neque durationem ab existentia, vel à re ipsa durante, neque creationem à conseruatione distingui à parte rei: quod ipsum tamen docent Suarez, & alii plerique aduersariorum. Nam argumenta quibus id probant, eadem euidentia & efficacitate idem de locali præsentia conuincunt. Quæque obiciunt in contrarium, contra superiora non minorem vim habent. Nam v.g. quod dicunt, rem constitui posse in variis locis, & recedere posse ab eo in quo est: ideoque id quo formaliter constituitur in tali loco à quo potest recedere, esse distinctum ab illa: quia non potest recedere à seipsa. Hoc similiter probaret, durationem esse distinctam ab existentia, & relationem à fundamento proximo. Eodem enim modo dicit quis: Res existere potest, & non durare: potest fundamentum relationis esse, & non referri ad aliud: ergo illud quo res existens durat formaliter, & id quo fundamentum refertur ad aliud, distinguitur ab ipsis, aliquando sine seipsis esse possent. Sic quod aiunt, concipi non posse

quomodo fiat, ut res huic spatio sit præsens, cui præsens antea non erat, nisi in ea, vel in spatio fiat aliqua mutatio: & quod res esse possit sine tali præsentia, ideoque distinguatur ab illa, & quod multa de præsentia verificentur, quæ de re sola vera non sunt. Hæc similiter retorqueri sic possunt: Concipi nequit ut res de non durante fiat durans, & de non conseruata fiat conseruata, sine aliqua mutatione. Res potest esse, & non durare. Fundamentum esse potest, & non referri. Creatio esse potest sine conseruatione. Multa de relatione, duratione, & conseruatione verificantur, quæ non verificantur de solo fundamento, vel de re sola quæ durat & conseruatur.

E contrario verò, sicut efficaciter probant existentiam non distingui ab essentia actuali, quia existere nihil est aliud, quam esse actu in rerum natura: quælibet autem res seipsa formaliter, & non per aliud, est actu in rerum natura. Et deinde essentia actualis, citra illam existentiam modalem, & ut ab illa distincta, ac seorsum sumpta existere: componeret enim cum illa ens actuale ex vtraque parte. Imò prius naturam existeret, quam modum existentia superuenientem reciperet. Causa enim materialis, è qua aliquid educitur, naturam prius esse debet, & quidem in ea conditione seu dispositione quæ necessaria est, ut ex ea aliquid educatur. Non potest autem quicquam è subiecto educi, nisi ipsum existat: ergo debet natura prius existere. Simili, inquam, argumento euidenter conuincitur præsentiam localem non distingui modaliter à re locata.

Nam similiter esse in loco nihil est aliud, quam esse actu in spatio. Quælibet autem res seipsa formaliter, & non per aliud, est in illo. Deinde res esse illam modalem præsentiam, & ut ab illa distincta, præsens esset. Imò prius naturam deberet esse præsens, quam modum illam præsentia reciperet. Neque enim tantummodo compositum ex re & modo præsens esset seipso formaliter, sed etiam res ipsa ut à modo distincta. Nam ut sic, est indistans ab illa spatii differentia in qua est, & est in imo in illa, eamque implet sua entitate, non minus ac modus ille superadditus. Et verè a seipso est, ibique agere potest vel pati naturaliter, quod non posset sine approximatione, nisi præsens vel satis propinqua esset. Nam inter agendi & patiendi conditiones naturales est propinquitas loci. Deinde sicut naturam prius est agens in ea dispositione & propinquitate loci, quæ necessaria est ut agat, quam de facto agat: sic naturam prius est causa materialis cum ea conditione, & quasi propinquitate, quæ necessaria est ut materialiter causet. Quare sicut naturam prius debet esse agens, ubi agere possit: sic naturam prius debet esse materialis causa, ubi pati & recipere possit. Non potest autem pati & recipere modum illum nisi in tali differentia spatii: quia

62. Tam est evidens præsentiam localem non distinguere, quam existentiam non distinguere ab essentia.

Aristot.

Conink.

Assertores illius modi non loquuntur coherent.

nusquam alibi esse potest, nec usquam alibi  
educi vel recipi, ne quidem de potentia Dei  
absoluta, iuxta doctrinam aduersariorum.  
Ergo natura prius causa illius materialis de-  
bet esse in illa differentia spatii. Sed res lo-  
cata est causa materialis illius: siquidem ex  
ea educitur vi agentium naturalium, & in ea  
recipitur, sicut & motus localis. Ergo natu-  
ra prius debet ibi esse, quam modum illum  
recipiat. Quod signum manifestum est non  
ibi esse formaliter per modum illum. Quia  
quod constituitur tale per formam distin-  
ctam non habet illum effectum formalem,  
natura prius quam formam recipiat, neque  
seorsum sumptum à tali forma, v.g. quod con-  
stituitur album per albedinem à se distin-  
ctam, aut calidum per calorem distinctum;  
non est album aut calidum natura prius,  
quam albedinem aut calorem recipiat, neque  
seorsum sumptum ab albedine vel à calore.

63.  
Refutatio  
causae.

Distinctio verò quam adhibent aduersarii,  
hæc argumento pressa, de præsentia negatiua  
& positiua, æquæ vana est, ac si distingueret  
existentiã in negatiuam & positiuam, ad  
eludendam vim argumenti supra propositi.  
Et sicut existentiã, quamuis indistincta, est  
verè positiua, nec nisi ab aliis negatiua dicitur,  
ac superflue aliis poneretur: ita præsen-  
tia, æquæ, quod aduersarii hoc responso  
desertunt fundamentum, quo modum illum  
positiuum admittendum esse contendunt.  
Subtrahat enim Deus concursum necessarium  
ad educationem illius modi, & non  
subtrahat ad hoc vt res in tali spatio sit, &  
postea ab illo recedat, quod qui negat, sine  
ratione restringit Dei omnipotentiam: hæc  
posito, res locata recedit à loco in quo prius  
erat, & tamen non fuit ibi formaliter per  
aliquid distinctum. Ergo falsum est quod  
aiunt, fore vti se ipsa recedat, nisi prius in  
loco fuerit per aliquid à se distinctum. Item,  
in eo casu erit motus localis. Res enim ab  
vno loco in alium migrabit. Et tamen sine  
modo superueniente: ergo falsum est quod  
dicunt, motum localem non posse fieri sine  
tali modo. Si autem quis pertinaciter con-  
tenderet, non posse Deum negare concur-  
sum necessarium, vt ille modus præsentia  
resulteret: nihilominus argumentum in  
factum illum argueret inconstantia. Nam  
res locata deserens locum à quo recedit, de-  
serentiã indistantiam, quam negatiuam  
præsentiam vocant. Ergo si fundamentum  
aduersariorum valet, vel deserit seipsam, vel  
indistantia ipsa distincta est. Item, sicut  
prius natura res est in tali spatio, quam  
modum illum materialiter causet: ita prius  
natura ingreditur in aliam spatii differen-  
tiam quam in ea modum alium causet.  
Et non ingreditur sine aliqua actione re-  
li, cuius terminus, nempe indistantia à  
tali parte spatii, natura prior est modo  
illo ab aduersariis assignato, & mutatio-  
ne formaliter per ipsum facta.

64.  
Nō magis  
distingui-

Similiter sicut efficaciter probant duratio-  
nem non distingui à re durante, quia dura-

tio est permanentia rei in esse, res autem per-  
manet seipsa formaliter, eo ipso quod non  
desinit esse: sic presentia ad locum est inexi-  
stentiã rei in loco, res autem inexistit forma-  
liter seipsa, eo ipso quod non est extra lo-  
cum. Paræque modo applicari possunt alia  
argumenta quibus probant non distingui  
creationem à conseruatione, nec relationem  
à fundamento, vt consideranti patebit.

Ad argumenta verò contraria soluenda,  
nota terminum motus localis esse præsen-  
tiam seu coniunctionem locati ad locum.  
Quæ ex parte quidem loci, quæ extrin-  
secè importat, distinguitur in re à locato.  
At non secundum id, quod se tenet ex  
parte locati, quod non magis indiget mo-  
do reali superaddito, vt sit præsens intime  
loco, quam loci ipse indigeat, vt sit  
præsens locato: vel quod est in vase, vt sit  
præsens vasi, natui, vestigi, &c. Quod de veste  
Suarez alique admittunt, vbi disputant de  
predicamento Habitat. Ex parte verò ipsius  
locati non aliter differt, quam prout impor-  
tat extrinsecè locum, cui intime adiungitur,  
& quæ per motum acquirit, non tanquam  
sibi inharrentem, sed ita vt intime simul cum  
ipso inexistat. Quæ differentia sufficit vt de re  
præsentè, quæ præsens est, multa dici possint,  
quæ non possunt dici de sola substantia rei  
præsentis. Quamquam in his loquendi mo-  
dis magnæ sunt æquiuocationes, ob imper-  
fectum nostrum concipiendi modum. Nam  
inexistentia in loco, sicut & existentia ipsa, &  
distantia, & extensio actualis quantitaris, & si-  
milis, concipiuntur à nobis per modum for-  
mæ inharrentis rei locatæ, existentis, durantis,  
extensæ: cum tamen ita concipienda non sit,  
neque à parte rei sit talis, vt conuincit argu-  
mentum supra factum de prioritate inter cau-  
sam materiale, & formam ex ipsa educam,  
quæ æquæ contra talem distinctionem ratio-  
nis applicari potest. Sed potius res ipsa con-  
cipienda est vt implet spatium seipsa, & præ-  
ter suam entitatem habens illud spatium in-  
time sibi coexistens.

Ex priori autem concipiendi modo, qui ratio-  
ne corrigi debet, vt modus imperfectus  
quo visu solè tam paruum apprehendimus, &  
alia obiecta longe distita, oriuntur multe æqui-  
uocationes: quæ abstracta, vt sic, & quasi  
composita formaliter, sumuntur pro rebus ip-  
sis absolutis. Vt cū dicitur v.g. presentia po-  
test acquiri & amitti, creatio potest esse sine  
duratione, potest relatio aduenire fundamē-  
to, vel desinere, &c. Quibus cū distinctione  
nec occurrendum est: Potest acquiri vel amitti  
presentia, id est, modus aliquis vti entitas  
presentis, & presente distincta: nego. Potest  
res presentis, id est, inexistens in tali spatio, in-  
gredi in aliud & fieri presentis alteri se ipsa,  
cōcedo. Similiterque potest res creata nō cō-  
seruari à Deo, in quo casu, non durat. Si au-  
tem cōseruatur, durat seipsa formaliter, ab-  
que vilo modo superaddito, eod solo precisè  
quod conseruatur, id est, quod actio creatiua  
eademmet conseruatur, seu non desinit esse.

tue in  
presentia  
quam dy-  
statio.

Soluuntur  
argumenta  
contraria.

65.

Et res sit similis v. g. aut definit essentialis, eo præcisè quòd incipit aut definit habere qualitatem eiusdem nominis & rationis, cum altera coexistente in rerum natura, puta albedinem. Nam eo solo quòd utrumque corpus est album, sunt similia in illa qualitate, sublato quouis modo distincto. Quod autem dixi rem præsentem distingui realiter ratione loci, quem importat vt præsens: intelligo quando locus realis est. Si autem moueretur per spatium imaginarium, distingueretur tantum per virtuales correspondentiam ad aliquam partem spatij, seu extensionis possibilis immobiliter considerata.

SECTIO VII.

De motu locali Angelorum.

86.

Angeli mouentur loco substantialiter, & per se.

**C**onclusio: Angeli possunt mutare multipliciter præsentiam suam ad locum, vel ad spatium in quo sunt: siue per simplicem mutationem instantaneam, siue per motum localem successiuum. Declaratur, & probatur conclusio. Primum, scilicet Angeli sunt in loco substantialiter ac secundum se, & non tantum per operationem, aut per aliud accidens: ita mutantur aut mouentur substantialiter ad secundum se, quando suam substantiam ab vno loco in alium transferunt, siue solam illam transferant, siue simul eam aliquo corpore. Quicquid enim secundum se transit de loco in locum, mouetur localiter secundum se, & non tantum per aliud formaliter, siue secundum aliud. Imò, quàm est impossibile quicquam esse in loco formaliter per aliud: tam est impossibile moueri loco formaliter per aliud, id est, constitui successiuè in diuersis locis per aliud, quàm per seipsum. Formaliter, inquam: quia non nego alio sensu posse aliquid moueri per accedens. Efficienter scilicet aut concomitanter ad motum alterius, vel tanquam ab illo lacum, vectum, tractum; vel tanquam pars totius alicuius motus, aut aliter coniunctum illi cui per se motus imprimitur. Quo pacto equus mouetur ad motum equi, & anima rationalis ad motum hominis, & corpus Christi ad motum specierum Eucharisticarum.

67.

Vasquez.

Quapropter non assentior Vasqui disput. 195. cap. 3. & 4. affirmanti Angelos tantum moueri localiter per accedens, id est, per motum alterius formaliter. Ipsi enim substantia Angeli secundum se successiuè ingreditur diuersa spatia, & formaliter per se ipsam modò indistans est, & modò distans à tali spatio: prout seipsa modò implet, modò recedit. Ergo per seipsum mouetur localiter. Neque verum est quod opponit Vasquez spiritus secundum se non esse capaces distantia & indistantia. Nam Angeli, si soli existent, forent præsentès intimè suis actibus, & habitibus, naturaliter inseparabilibus a se.

Tomus I.

rum substantia. Essent etiam præsentès Deo intimè. Implicat enim quidquam existere, quod non sit intimè cum Deo. Tres quoque sanctissimæ Trinitatis personæ sunt sibi intimè præsentès, ad quare, & essent quamuis nihil creassent. Et si Verbum diuinum hypostaticè assumeret naturam Angelicam, esset illi intimè præsens. Ergo potest fundari in solis spiritualibus indistantia vel distantia, ratione intimæ præsentia, vel seculi.

Secundò, possunt Angeli locum mutare multipliciter: potèst, priuatiuè, & mixtè. Potèst acquirere nouam præsentiam, & priorem non amittendo: vt cum Angelus in puncto existens, vt in spatio minore adæquato, extendit se ad spatium maius, retento priori. Priuatiuè: cum è contrario contrahit se ad spatium minus, vel ad indiuisibile, nihil noui acquirens. Mixtè: cum spatium prius deserit vel ex toto, vel ex parte, & aliud acquirit vel totaliter, vel ex parte diuersum. Tunc enim præsentiam partim acquirit, partim amittit. Acquirit scilicet nouam, & verè rem perdit. Idque vel totaliter, quando locum planè diuersum subit: Vel secundum quid, quando non planè diuersum, sed eundem secundum quid.

Porro, quando locus nouus & totaliter diuersus acquiritur, vel ille est remotus & distans à priori, vel non distans, sed continuus aut contiguus immediatè. Si distans est, non potest Angelus ad illum se transferre nisi motu successiuo, quò priùs sit in medio, quàm in extremo distans. Quia non potest non transire per medium, sed per illud debet necessariò subire locum distantem. Transitus autem dicitur successiuus, quia res priùs in medio sit, posterius in extremo distans, quod subit medio relicto, ita vt neque in medio sit, tunc cum in extremo est: nec ante in extremo esse, cum adhuc erat in medio.

Suppono autem necessarium esse, naturaliter loquendo, vt Angelus subeat locum distans, transeundo per medium. Nam licet non sit impossibile potentia Dei absolute, constituere Angelum in locis distantibus sine transitu per medium: vel retento priore loco, vt quotidie fit in Christa sub distantibus speciebus Eucharisticis: vltimo: vel etiam non retento, neque enim Deo vlla esse potest retinendi necessitas, cum nulla sit connexio essentialis vnius loci cum alio, & operis ac miraculosius fit utrumque locum simul, quàm alterum tantum prætere: Nihilominus Angeli sunt virtutis motus finitæ, & alligatæ naturali rerum ordini. Quare sicut loca distantia coniunguntur per intermedium: sic naturalis ordo postulat, vt extremus attingatur per medium, & vt motus seu translatio localis in distans, coniungatur per medium. Quemadmodum in corporibus experimur. Idèd quippe cogitur, successiuè totum medium permeare: & si quid obsteat transmeationi, nequeunt vltèrius spatium

68.

Angeli possunt triplex modo mutare locum.

69.

Non possunt moueri ad locum distans, nisi successiuè, & transeundo per medium.

70.

Angeli possunt moueri ad locum distans, vt in puncto existens, vt in spatio minore adæquato, extendit se ad spatium maius, retento priori.

V. VI.

attingere: quia nequeunt transire per medium, quod tamen necessarium est. Hæc autem necessitas, & limitatio virtutis motiua in corporibus, non videtur oriri præcisè ex gradu corporis: oppositum enim nullam functionem corporis impediret, potius quam spiritus. Quare iure præsumitur oriri potius ex naturali rerum ordine, cui Angeli quoque subiecti sunt.

71. *Obest quod obijciunt Thomista, Angelos esse similes nostre cogitationi, quæ potest immediate de terra cogitare, postquam de celo cogitauerit, non cogitando de intermediis. Vel esse similes corporibus Beatorum, de quibus Author libri de cognitione vere vitæ apud Augustin. tom. 9. ait tam cito posse transferri ab oriente in occidentem quam id possit cogitatio nostra, quæ certe id potest in instanti, & sine transitu per medium. Respondeo enim differentiam magnam esse inter motum cogitationis, & motum localem. Tum quia cogitatio non requirit præsentiam realem & substantialem cogitantis ad obiectum, sed tantum metaphoricam & intentionalem: secus autem præsentia localis ad spatium. Tum etiam quia spatium intermedium non est medium cognitioni, adeoque non est necesse ut fiat per illud: secus autem motui locali, & spatij medio illo interiecto distans, ut per motum localem naturaliter attingendis. Quod verò ait Author citatus de corporibus Beatorum, intelligi potest moraliter: quod scilicet fore cito transferantur, propter vim motum celerrimam, & dorem mirabilem agilitatis. Vel sita est, ut sita medio independens: non constat, neque est adeo probabile virtutem naturalem Angelorum talem esse, qualis est vis illa supernaturalis.*

72. *Similiter si locus quem Angeli subeunt per motum localem est quidem continuus vel contiguus priori in quo erant, sed maior quam ut totum simul occupare possint: necessaria est successio & motus successiuus ad tanti loci acquisitionem. Quia præsentia quæ non potest tota simul esse, non potest tota simul acquiri. Quod enim acquiritur, est. Atque præsentia ad tantum locum, quippe maiorem adæquato, non potest simul esse tota, neque acquiri tota simul. Quare Angelus prius subit spatium sibi adæquatum, tum aliud ultra, & sic deinceps.*

73. *Si autem locus iste continuus vel contiguus prioris non excedit spatium adæquatum quod ab Angelo potest occupari naturaliter: potest Angelus per mutationem instantaneam in totum illud se diffundere, ad eum modum quo lumen in totum aliquod spatium diffunditur a rigide, vel à sole. Anima rationalis simul infunditur toti corpori organico, in hominis generatione: & toti parti sufficienter disposita, in ægegeneratione seu nutritione.*

74. *Dixi per mutationem instantaneam: quo-*

ad acquisitionem scilicet noui loci. *Ad hoc quin enim si mutatio sumatur adæquate secundum statum duplicem quem importat, & variationem vnius in alium: impossibile est mutationem vllam instantaneam esse, cum res non possit esse simul, & non esse in eodem statu. At tamen non secundum statum, sive acquisitionem huius loci, fieri posse instantaneam & totum simul, Probatur, quia nulla successio necessaria est, neque ratioe medijs, quibus supponitur nullum esse: neque ratione termini ad quem, seu præsentia quæ acquiritur, quia quod potest simul esse, potest simul acquiri, si nihil aliud obstat. Et Angelus nihil habet contrarium simultaneam illius præsentia inceptio, non magis quam conseruationi. Nullum etiam est contrarium obstitens & necessitans ad successione, sicut ratio. V. g. successiue productum propter frigus obstitens: quid enim tale fingi potest? Angelus verò est causa completa actiue, & quæ ac passiuè, ad tantam præsentiam acquirendam. Ergo non est ratio, cur non possit illam simul acquirere.*

Dices, cum spatium illud sit extensum, debere Angelum in ea diffusum esse transire per partes interiectas inter priores & posteriores: priusque esse in partibus propinquis, quam in magis distantibus. Respondeo negatiue. Sicut enim lux folijs diffunditur sine transitu, per productionem diuersarum partium in diuersis partibus totius hemisphærij, sine temporis successione, sed cum solo naturæ ordine, quia prius naturæ illuminat partes sibi vicinas, quam remotiores, posito quod naturaliter non possit agere in distans per se primo. Sic Angelus potest eodem instanti, & simul tempore, diffundere se per spatium adæquatum, per sui replicationem & positionem multiplicem in diuersis partibus aut punctis spatij, cum naturæ tantum ordine, quia non potest occupare naturaliter partes remotas, nisi medijs interiectis: cum non possit moueri in distans, non occupato medio. Sic etiam anima rationalis simul adest omnibus partibus simul dispositis sufficienter, nec prius tempore propinquis, quam remotis: simulque relinquunt & informare cessat partes simul abscissas. Quo exemplo patet, Angelum posse simul spatium sibi adæquatum replere. Nam si non est necessaria in anima aliqua successio ad occupandum simul totum aliquod spatium, imò neque est possibilis naturaliter, cum anima nequeat in re informare vnicum indivisibile, neque in augmentatione dispositio vltima fiat per indivisibile, non videtur magis Angelo necessaria successio, per se loquendo, ad replendum spatium illud quod est virtuti suæ adæquatum.

Vnde collige primo, posse similiter Angelum amittere simultaneam, per motum instanti a priuatiuum, partem spatij adæquatum, aut etiam totum spatium, conseruatam tantum præsentiam in puncto, aut eiusdem spatij, aut in medietate vicini. Item amittit toto priore acquirere.

vbi adæquatus acquirere in instanti aliud, tum inadæquatum, tum etiam adæquatum: in spatio immediato & continuo vel contiguo. Ratio eadem est, quia nimirum tale vbi est amissibile & acquisibile simul eadē: & nullum est contrarium resistens, & Angelus habet vim ad eorum simul perendum, æquē ac ad acquirendum, qua vi liberè vitur.

77. Collige secundò, posse moveri naturaliter Angelum per motus instantaneos, siue discretos, siue continuos, id est, siue interruptos, siue immediatos. Potest enim simultaneè acquirere v. g. stadium A, deinde simultaneè stadium B, etiã nullã morã factã in stadio A. Nam existentia Angeli in spatio determinato non requirit necessariò morã & temporis successione, sed tota est in instanti. Et quia permanentia in illo spatio pendet à libertate Angeli, potest non permanere, si velit. Quare potest illi existentia in loco, immediatè succedere status oppositus, qui pariter non postulat successione & morã temporaneam. Sic etiam Angelus totus simul creatur & anima rationalis. Et tamen immediatè post vnius creationem, potest Deus creare alium. Hac autem ut coherent cum diuisibilitate motus & temporis & quantitatis in infinitum, examinandum reliquo Philosophis, quorum licet communior sit illa sententia, insuperabiles tamen patitur difficultates, præsertim ex præsentia Dei & spirituum in spatio diuisibili: quæ tamen est certa, & de fide, saltem quod ad Deum attinet, & ad adimas racionales. Eadem verò difficultas est, quomodo Angeli substantia indiuisibilis replicetur in spatio, sibi que ipsi immediatè applicetur: aut vnus Angelus alteri proximè vicino: indiuisibilis indiuisibili. Nec est facilius est Angelos per talem replicationem suæ substantiæ indiuisibilis, respondere sine interruptione spatio extenso & diuisibili; quàm per motus multos instantaneos, correspondere sine interruptione temporis diuisibili. Est enim eadem ratio vtriusque.

78. Collige tertio, Angelos posse naturaliter moveri celerrimè. Cum enim possint acquirere simultaneè vbi adæquatum, totali alteri immediatè vicinum; & aliunde non debeant necessariò morari sub eodem vbi, aliquo tempore, quamvis exiguo: sequitur posse quàm citissimè maximis quasi passibus & instantaneis ingentissima spatia decurrere; celerius tamen Angelos perfectiores, quippe qui habent singula spatia adæquata ampliora, ideòque maioribus quasi passibus gradiuntur, si velint.

79. Dices, hinc sequi Angelum minima horæ parte adæquata se mouentem continuo motibus instantaneis, posse stadia infinita decurrere, & mundum infinites circuitisse: postea sententiã de partibus continui semper diuisibilibus. Respondeo, dicendum esse iuxta illam sententiã, non posse ita moveri

Angelum vltia quantumvis exigua horæ parte adæquata, sine interruptione. Quia non potest moveri infinite tempore finito. Neque potest intelligere infinita tempore finito. Potentia enim motus est limitata, æquē ac intellectiua.

80. Positò summam esse celeritatem motus localis Angelorum indicant passim sancti Patres, vt Tertull. in Apolog. cap. 22. Tertull. dicens, Angelos momento esse vbique; totumque orbem illis locum vnum esse. Et Gregor. Nazianz. orat. 34. in fine dicens, Angelos omnia loca peragere, omnibus vbique impiare adesse; tum propter ministerii promptitudinem, tum etiam propter naturæ leuitatem. Idem quoque Scriptura indicat, docens Angelos passim ab Em. ad terras mitti & Angelum, Daniel. 14. Abacuc à Iudæa in Babylonem, & rursum à Babylone, in Iudæam deculisse breuissimo tempore: alcerumque in puncto morali mediæ noctis omnes Aegyptiorum primogenitos interiecisse, Exod. 12. vers. 29.

81. Collige quarto, posse à fortiori angelos moveri localiter successiue successione continua: idque tam motu deperditio, quàm acquisitio. De deperditio patet: quia potest Angelus successione continua mutare locum adæquatum, restringendo se sensim ad minorem & minorem intra idem spatium adæquatum quod occupabat. De acquisitio probatur: quia potest Angelus similitè continua successione se extendere ad spatium adæquatum: aut ab illo transire ad aliud distans, motu continuo, id est, non interrupto. Et quidem demon quando mouet continuo motu corpus energum illi cui insidet, mouet etiam continuo seipsum.

82. Collige quinto, motum localem Angelorum non magis quàm præsentiam, distingui debere à parte rei, ab ipsorum substantia: cum nihil sit aliud, quàm successio seu variatio præsentia localis ad varias partes spatij veri aut imaginarij. Sicut enim Angelus seipso est formaliter in loco cui est præsens: ita seipso subit alium locum, & modò huiusmodi illi sit præsens sine reali vel modalitate superaddita: Quippe Imperia, & natura posteriori, quæ sit effectus formalis propter quem fingitur esse necessaria. Sicut sua quidem, quia hoc ipso quod Angelus seipso subit aliud & aliud spatium, mouetur, quouis alio re vel ratione subiecto, & contra, quicquid aliud ponitur, non mouetur Angelus, nisi seipso subeat aliud & aliud spatium. Posterior autem, quia natura prius est vt patiens se in ea conditione, in qua potest pati, & hæc qua non potest: quàm vt patatur & recipiat. Sicut natura prius est vt agens sit in ea conditione propinquitatis, in qua potest agere, & sine qua non potest. Atqui, per aduersarios, modus ille, motus localis; sicut & modus præsentia, ne per diuinam quidem potentiam potest alibi produci & esse, quàm in tali parte spatij veri vel imaginarij, cui

respondet, & alioqui ruunt argumēta quibus præcipue probant distinctionem modalem in eternorum & mobile, inter que locatum & præsentiam localem: ergo necesse est Angelum prius esse in nouo & nouo spatio, quam subit præsentias, & partes motus localis, huiusmodi spatio respondentes. Atqui hoc ipso quod est in alio & alio spatio, & ab vno alio subit, mouetur localiter: ergo prius mouetur, quam modum illum distinctum

subeat. Ergo ille modus superfluous est, & natura posterior ipso motu. Sufficit igitur distinctio virtualis, propter varias correspondencias possibles, aut actuales, ad varias partes spatij realis, vel imaginarij immobiliter consideratæ, sine qua correspondencia explicari nequeunt differentia præsentiarum, & partium motus: vel etiam quatenus constituit aliam & aliam partem totius præsentia possibili immobiliter spectata.

## DISPUTATIO QUADRAGESIMA TERTIA,

De perfectione Angelorum in esse gratiæ & gloriæ.

- Sectio I. *Utrum Angeli creati fuerint in Beatitudine supernaturali?*  
 Sectio II. *An absolute potuerint Angeli creati in statu visionis beatificæ?*  
 Sectio III. *Soluuntur obiectiones contrariæ sententiæ.*  
 Sectio IV. *An Angeli gratia indiguerint, ut conuerterentur ad Deum, vel ut assequerentur beatitudinem?*  
 Sectio V. *Utrum Angeli sint creati in gratia sanctificanti?*  
 Sectio VI. *An, & quomodo Angeli gratiam & gloriam ex propria dispositione vel ex merito assecuti sint?*  
 Sectio VII. *Quibusnam actibus Angeli boni ad gratiam se disposuerint, ac meruerint gloriam?*  
 Sectio VIII. *De gloria, & beatitudine Sanctorum Angelorum.*  
 Sectio IX. *De Hierarchiis, & officiis Sanctorum Angelorum.*  
 Sectio X. *De custodia Sanctorum Angelorum.*

**H**æcque de Angelis naturaliter consideratis. Iam de eorumdem perfectione supernaturali, gratiæ nimirum & gloriæ, eiusque opposito, peccato & damnatione, dicendum superest. De quorum primo D. Thom. q. 62. art. 1. docet Angelos fuisse à Deo creatos beatos naturali beatitudine quia perfectionem huiusmodi naturalem Angelus non acquirit per aliquem morum discursuum, sicut homo: sed statim illam habet, propter naturæ suæ dignitatem. At non fuisse creatos in beatitudine supernaturali, quæ in essentia diuinæ visionis consistit. Quia hæc beatitudo non est aliquid naturæ, sed finis supernaturalis: & ideo non eam statim habuit à principio. 2. Non potuisse ad Deum conuerti sine gratiæ diuinæ auxilio. Quia voluntas non potest ferri in id quod est supra naturam, nisi supernaturali auxilio adiuta. 3. Probabilius esse quod fuerint creati in gratia. Quia dictis Sanctorum id magis consonum est. Et quia sicut in creatione naturæ corporeæ, inditæ sunt ei rationes seminales omnium effectuum naturalium: ita conueniens fuit Angelis statim à